



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

Disputatio I. De Providentia existentia, objecto, & modo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)



CONTROVERSIA SEXTA DE PROVIDENTIA DEI.



DE Providentia vniuersum, quoad eius existentiam, sphaeram rerum, quibus ea prouidetur modumque, quo circa ipsa versatur, examinanda primum venit. Secundò vero eius essentia statuenda, atque species, in quas Metaphysicè dissèctatur, numerandæ. Non autem examinandæ hic singulim: siquidem altera ex eis, quæ prædestinatio est, iustam ad sui examen controuersiam septimam requirit, & explebit. Excipit autem meritò controuersia hæc præcedentes de Scientia, & voluntate Dei, earumque actibus: quia in alterutris, vel vtriusque, Dei prouidentia consistit, vt disp. 2. videbimus.



DISPUTATIO I.

*De Providentiæ existentia, obiecto,
& modo.*

ORa hæc disputatio statuendis fidei dogmatibus de diuina prouidentia erga creaturas impenditur: & eo quidem ordine, quem disputationis titulus ipse præfigit.



QVÆSTIO I.

Sitne in Deo creatorum prouidentia absolute, atque vniuersim.

Rascinditur in hac quæstione à rebus determinatis, erga quæ Deus prouidentiam exerceat. & modo, quo eis prouideat; id quod sequentibus quæstionibus examinandum veniet, citique statuendum: solumque agitur: an Deo absolute creaturarum prouidentia competat? quod quibuscunque, siue his, siue illis, hocque, vel illo modo prouideat, verum absolute habebit.

CERTAMEN I.

Negantes Deo prouidentiam creaturarum omnem recensentur: vocis etymo, ac rudi explicatione promissa.

1. Prouidentia (si vocis etymologia, atque vnde illa desumpta, nominataque sit, attendamus) id ipsum, quod procul videntia, scilicet visio significat. Quoniam verò aduerbium porò idem quod procul quodque valer. 6. Æneid. qua sunt ea flumina porò, prouidentiam ex eo aduerbio dictam voluit Boëtius, & de consolatione. prola 6. his verbis: Prouidentia porus distinet quod porò à rebus infimis constituta quasi ad excessum verum acuminem cuncta prospiciat: ex quo etiam aduerbio desinit prudentia nomen Doctores plures credunt, in quibus August. in Psalm. 73. sine, Isidor. 10. etymol. lib. 12. Prudens dictus, ait, quasi porò videns: quoniam creatorum prouidet casus. Cum autem procul distantiam eius qui videt, ab eo, quod videtur, importet: atque distantia, vel loco, vel duratione esse possit, vocis etymologia, vel loco, vel duratione, tam loco, quam tempore diffinitur, videntiam, scilicet visionem significabit. Verum prouidentia Philosophorum, ac Theologorum omnium vsu, & acceptione pro scientia, scilicet visionem, ac videntiam eorum, quæ procul adhuc, & distantia duratione sunt, iuxta vocis etiam etymon usurpatur. Cetero 2. de iuvent. Prouidentia est, per quam futurum aliquod videtur, antequam factum sit. & 2. de ciuitate. Medicus morbum ingruentem ratione prouidet, imperator Imperator, tempestates gubernator. S. Thom. 2. 2. quæstion. 49. art. 6. corpore sine, imperator prouidentiam respectum quandam aliusmodi distantiam ad ea, quæ in presentia

sentiri occurrunt, & ordinata sunt. Nec localem distantiam attendit Boëtius citatus, ut cenlet Ruiz, de Providentia d. 1. lect. 1. n. 2.) immediatis ante recitata verbis illis, si præscientiam pensare velis, qua cuncta cognoscit (Deus) non esse præscientiam quasi futuri, sed scientiam nunquam deficientis instantia rectius estimabis: unde non prævidentia, sed providentia potius, &c. solum enim ostendit, quod alibi sæpius, respectu æternitatis visionis Dei, qua Deus omnia videt, nihil esse proprie futurum, aut præteritum duratione, ut voces nunquam deficientis instantie, satis produnt: idque explicat exemplo videntis infima cuncta localiter distantia ex cacumine verbis immediate sequentibus iam recitatis.

2. Ceterum, tamen, vocis sola etymologia attendita, providentiam, præscientiam, aut previsionem futurorum significet: quia tamen, si non certo futura, sed probabilis solum fundamentum, coniecturaque prudente cognovimus, de bonis futuris, ut eueniant, dispositiones rerum & causarum securiores, & congruentiores; de malis vero impedimenta, mediæque, ut non eueniant, vel, cum euenierint in bonum vertantur, minusve cadant prudenter curamus, sit, ut providentia, non tam pro futurorum præscientia, & prævidentia, quam pro cura de rebus apte convenienterque disponendis propria acceptione à Doctis quibuscumque fuerit suspensa. Hinc Cicero 2. de natura Deorum. *Talis mens mundi* (ita Deum appellat) *cum sit de eamque causam, vel prudentia, vel providentia appellari recte possit; hac potissimum prouidet, & in his maxime est occupata.* Ac 1. de divinat. ait: *Esse Deos, & eorum providentia mundum administrari: eosdemque consilium rebus humanis, nec solum emiseris, sed etiam singulis, consilio proinde, ac bene, rerum disponendarum curam Dei providentiam Patres, quasi voce synonyma, appellant.* Ambrosius ad id 1. Corinth. 1. *Scriptum est enim: perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobo.* Damascenus 2. de fide capite 29. Hugo Victorinus apud Alenf. prima parte, questione 26. m. 2. *providentiam vero vocat Nyssenus, vel potius Nemefius de facultate animæ recitandi d. 2. questione 1. certamine 1.*

3. Dixi autem de futuris non certo, sed probabiliter, prædictis coniectura præsentantur, absolute futura nimirum: etenim providentia, & cura, dispositioque de agendis, non autem de iis quæ facta supponuntur esse potest, quare nec de certo cognitis futuris, quæ sui cognitioni certæ futura, & facta pro naturæ priori debent præcedere, ac proinde curæ, provisioni, dispositioni omni ut eueniant, vel secus aditum occludunt, si ita vel secus futura certo prævidentur: ij vero, quibus ea cura, & providentia de futuris euentibus prouidetur, scientia de præsentis, & de actu existentibus, cum cognoscunt, cognoscendi sunt, ut eis de rebus aliis prouideatur. Neque enim nonandum factis, ac solum possibilibus prouidetur eo providentia genere & modo, quo in præsentis disputatur: ex eorum nimirum benevolentia (quæ, ut diximus controuersia quarta, possibilis pro statu, prædictæ adhuc, possibilitatis nequit attingere) atque ut bene, & congruenter naturæ suis habeant, quæ sunt. Esti autem in Deo coniecturalis, nec prout physicæ, & metaphysicæ certa futurorum scientia, nequeat admitti: est autem illa posterior prouidentia: quia futura à Deo disponuntur, & causantur ex eorum scientia simplicis intelligentiæ, vel conditionate futuritionis, ut d. 2. celsiteremus. Quare hæc modo pro rudiore prouidentia intelligentia ad questionem an sit: necessariò præmittenda, fuerint satis.

4. Iam vero Diuinam omnem erga res creatas prouidentiam ij omnes, qui Deum esse, vel dubitarunt, ut Protagoras, vel negarunt, ut Diagoras apud Lactantium Firmianum 2. diuinarum institutionum, capite secundo, sub initio à capite septimo de ira Dei, aliisque à nobis relati tomo primo, de Deo vno controuersia prima, d. 1. questione prima, certamine primo Dei prouidentiam vel non credebant, vel negabant: eius enim qui non est, nulla prouidentia

esse, existimare potest: ex aliis vero Philosophis, qui diuinam naturam à rebus non ablegarunt, Heraclitus, Democritus, atque ex ipsis acerrimus erroris confirmator, Epicurus omnem Dei erga res creatas prouidentiam negarunt, testibus Lactantio citatis locis, Nysseno 8. Philosoph. capite tertio, & libro quarto, vel potius Nemefio de facultate animæ capite 44. sub init. Epicurum Epicurei omnes hac in re sunt sectati apud nuper citatos, & apud Saluianum 1. de Providentia columna secunda, quibus addit Lactantius 10. de ira Dei Leucippum, & Theodorum, atque eruditissimus noster Ruiz proxime sectione secunda, numero quarto citat illum Ambrosius ubi proxime Philosophos alios. Porro Epicurati Dei prouidentiam prædicam animum per ludibrium compellabant apud Ciceronem 2. de natura Deorum. Nec video quoniam ab hoc discrepet errore Aristoteles locis referendis questione secunda, certamine primo, numero secundo asserens omnia à natura administrari, & singula non à Deo, nisi, quod in hac materia locis aliis sibi contradicatur, atque in aliis erroris eat, partim solum prouidentiam Dei admittens. Empedocles insuper & alij apud Aristotelem 2. Physic. textibus 43. 44. & 46. asserentes multa casu esse in vniuerso facta, & aeris locum, & animalium partes plurimas: ac demum casum esse causam celi, & stellarum, omnique conuersionis, motus, & ordinis vniuersi, quibus non multa solum, sed omnia demum creata diuinæ subrahunt prouidentia, & casui subiciunt.

5. De Stoicorum vero Philosophorum circa Dei prouidentiam mente Authoribus præcis non continet factis: siquidem Nemefius proxime columna prima, *eorum nullum locum diuinæ prouidentia reliquisse, testatur: quod ipsum est omnem Dei erga creata prouidentiam negasse.* Contra verò Lactant. 1. diuin. instit. capite 2. sub init. Saluianus 1. de Provident. columna prima, in præcipuis, acerrimisque diuinæ prouidentia asserentibus, & propugnatoribus Philosophis Stoicis recensent: atque eius scholæ peritissimus Cicero libro 2. & 3. de natura Deorum Stoicorum sententiam pro futurorum diuinæ præscientia, & prouidentia stetit constanter docet. Cenlet ergo Ruiz noster aliquam solum diuinæ prouidentia partem erga creata aliquot, nempe agentia libera, negasse: quatenus fatum admittent, quo illa libertate spoliabant: idque solum Nemefium ex ipsis testari voluisse. Ceterum, cum fato omnia in creatis omnibus peragi Stoici docerent, si illud extra Deum non in ipsis mente, & voluntate constituerent, omnem diuinam erga creata cuncta prouidentiam, nec solum partem eius aliquam, negarent. Siu vero in Deo intrinsecis fatum constituerent, ut verè constituerent, nec aliam Dei prouidentiam, quam suo nutu, & fato omnia agere, ac regere credebant, erga homines, & agentia libera prouidentiam Dei in fato illo fatebantur; etsi eorum libertatem proteri prouidentia Dei fateri cogerentur: quare generali sua doctrina fati, quo agerentur omnia, libertati creatæ, non autem existentia prouidentia erga eiusmodi agentia contradicerent: sed eius, ut summum, perfectioni: quo per consequentias ad prouidentiam, quam assererant vniuersim, quoad eam partem negandam, & contradictionem doctrinae suæ cogi possent. Verosimilius est Stoicos aliquot ea Nemefij tempestate, earum consequentiarum, & aliarum impetu à sua schola circa Dei prouidentiam defecisse: ac proinde illum de sui temporis stoicis fuisse locutum: Doctores verò reliquos de præcis, ac scholæ stoicæ Principibus, qui de sua scripserunt secta, vel quorum doctrina aliorum scriptis fuerat euulgata, pro Dei prouidentia stetit.

CERTAMEN II.

*Catholica veritas de Prouidentia Dei
erga creata absolute, & vniuersim
asseritur, & vindicatur.*

1. **N**ihil, quam Dei de creatis, & vniuerso prouidentia, in Scripturis sacris frequentius. Etsi enim plerumque, non de Prouidentia Dei erga creata absolute, & ea præcissione, qua in præfenti disputamus, nullam determinatam materiam creaturarum, siue in genere, siue in specie, siue in indiuiduo determinantes, loquantur; sed potius particulatim creaturas, vel aliquot, vel omnes indiuiduatim, quibus Deus prouidentiam habeat, determinent: tamen eisdem locis, quibus circa creata, vel aliquot, vel omnia Dei prouidentiam scriptura tradit, prouidentiam ipsius erga creata absolute, & vniuersim docet: cum nequeat Dei prouidentia erga creata aliqua vere affirmari, quin ipsius prouidentia erga creata absolute, & vniuersim asseratur vere. Siquidem ratione indiuidui vnius, in quo verificatur propositio, specie, seu genere verificari necessario debet, etsi contingens prædicatum sit: uti, si Petrus v. g. currere verum absolute est, ratione illius hominem currere verum absolute erit. Quoniam vero q. 2. circa quæ creata determinatæ, vel aliquæ, vel omnia Dei prouidentia sit, discutitur, quæ ex scriptura ibi producimus aduocari huc posse fuerit satis adnotasse, ne repetatur: illud Eccles. 5. de prouidentia vniuersim, & præcisè ab hac vel illa materia videtur extare. Ne dicas coram Angelo: non est prouidentia: ne forte iratus Deus contra sermones tuos dissipet cuncta opera manuum tuarum. Quibus infortuniorum terrore incusso, ne Dei prouidentiam absolute negent, mortalibus præcænetur.

2. Eadem de causa plura Platonis, Socratis, Aristotelis, Crysippi, Photini, & aliorum plurimum ex sapientioribus Philosophorum, sicuti & Cyrilli, Clementis Alexandrini, Theodoretæ, Lactantij, Nemesij Nisæni, Ambrosij, Augustini, Chrysostomi, Theophili Antiocheni, & reliquorum Patrum, qui ab Ecclesiæ exordio pro Dei prouidentia contra Atheorum, Epicuræorum, & aliorum Philosophorum errores varios pugnaverunt, testimonia recitare in præfentiarum omittimus: ea quippe omnia particularem, ac determinatam aliquam prouidentiam materiam concernunt: quare eo solummodo, quo de plerisque scripturæ locis nuper dicebamus, præfentem docent conclusionem. Vnum tamen vel alterum ex eis à materia abstractus hic producamus, Ambrosius cit. loco in epist. ad Corinth. Tanta clementia hos tenuit Philosophos, ut, cum Deum esse, mundumque ab eo factum fuisse faterentur: Deum nihilominus ab omni cura, & prouidentia mundi, ut sine anxietate esset Beatus, liberarent, Subinfertur. Est aliquid hac asseueratione stultius: ut fecisse dicas mundum, & curam eius non agere? ut quid fecit, si non ad illum pertinet quod facit? Continet testimonium hoc demonstrationem, quam alij etiam Patres pro Dei prouidentia erga creata omnia attigerunt, à nobis q. 2. efformandam, atque ex ipsis confirmandam. Quoniam autem, qui non ratione, sed stoliditate, & dementia, in aliqua aguntur, non tam discursibus, quam subtilibus, ac tormentis insanam mentem reuocantur. Eo solum pacto cum negantibus absolute & vniuersim prouidentiam Dei erga creata agendum esse sapienter auris hinc verbis obseruabat iam pridem Clem. Alex. 5. Stromat.

3. Ex quæstionibus aliæ sunt, quæ sensu indigent: ut si quis quærat, an ignis sit calidus? sunt etiam quædam digna, quæ punitantur: huiusmodi est quærere probationes, an sit prouidentia? ac de ea disputatores dubio, nedum negatiuos, tormentis potius, quam argumentis, convincendos esse: subiungit. Neque alio respiciebat Ecclesiastes recitatus n. 1. fine, ubi non rationibus, sed malorum mi-

nis, ac terroribus, contra negantes Dei prouidentiam agebat. Nec aliter Deus cum de sua erga creaturas prouidentia deterius, leuiter adhuc, ac per inaduertentiam cogitantibus, suspicantibusque se gerit, quam benignus quidem, sed castigatione aliqua tamen, eos ad memorem: ita sinistra, nescio qua contra Dei prouidentiam suspitione tentatos, admonitos se à Deo fuisse testantur Ephrem Syrus in sui reprehens. tom. 3. Bibliot. pag. 99. & Basil. Epist. 165. ad Eustathium. Maiori sane periculo ac vitæ suæ discrimine ad ritè, rectèque de Dei prouidentia censendum noster Castellæ Rex Alphonsus cognomento Sapiens vulgari idiomate, & saluo respectu à Deo fuit: cum enim curiosus, liberiusque, quam oportet, hominis structuram, eiusque consuetudinem rimatus aliqua, cum ad maiorem structuræ illius perfectionem, tum ad eius diuturnitatem maiorem inuicibile se crederet, quorum defectum in opere, ac de eo prouidentia posset reprehendere: fulmine ad ipsius pedes cecidit contorto de sua Velsania admonitus ad sanam eam super se mentem rediit: ut scribit Mariana nollet; præ sua ingenuitate, eruditione mita, sagacique rerum Hispaniæ indagacione antiquitatum nostrarum pene (quod ad historiam suam fidem attinet) oculus testis.

4. Eleganter (tametsi non profus à materia determinata abstractè) Dei prouidentiam docuit & probauit sapientia cap. 12. sic lata. Tuis autem Patres prouidentia gubernat, quoniam dedisti, & in mari viam: quod argumentum ita apprimè edisserit Theophilus Antiochenus ad Antioch. column. 3. Quemadmodum, si qui terram nauim suis armamentis instructam mori sulcare, & in portum impellere, certe crederet aliquem quo gubernaret, in ea esse gubernatorem: sic certe nemo fit adeo abiecti animi, quin credat Deum gubernatorem omnium, quorum oculis carnalibus eum non assequatur. Hoc ipso Naudæi exemplo, & argumento vltus, hanc confici demonstrationem putauit Theodoretus 5. Epitom. diuinor. decret. c. de Prouidentia: idem Patres plerique merito censent. Nec aliud argumentum (etsi materia, vel vocibus potius differant) ab eo est, quod Patres, Philosophique Sapientiores omnes ad vnam, & Catholici Theologi consensum, ex mira vniuersi dispositione, perpetuitate, constantique, & vniuersi calorum motu, subtili vniuersum (hominis præcipue) formatione, & structura, in quibus tot organorum, tantaque diuersitas ad varia munia, functionesque obeundas, opportune formatum: ac seruatum necellaria prouidentia visitur. Hoc late argumentum diuinam prouidentiam, cum absolute, tum erga creata omnia, quibus visibile hoc vniuersum constituitur, plane demonstrat. Nec enim eam vniuersum rerum varietatem, & ordinem constantem calu & formatu euenire posse, vel ex ipsa calu, & formatu natura, ac definitione euidentissimum est: non autem immediatam illam erga creata omnia esse, nisi viterius inde discursus pergat, & protrahatur, ut q. vlt. protrahetur. Sacram esse dicunt aberrantes Philosophi ibidem recitandi & referendi cert. 1. si mediis creaturis aliquot nobilioribus & rationabilibus, v. g. Angelis, vniuerso à Deo prouideatur. Sed tamen de aliquibus saltem creaturis hisce, quibus mediis, siue intermediis, Deus ceteris, eorumque, & vniuersi commodis absolute prouident (quod hic solum contendimus) imò, & seipso immediate prouideat, præfatio argumento euidentis sit.

5. Iam, quæ Epicuri, ac reliqui Philosophi omnem Dei prouidentiam absolute negantes pro suo hoc bellano errore producant, inania adeo sunt, ut affectatè ignorantie profus videantur. Primum Lactantius 2. diuin. Institut. sub init. & 7. de ira Dei his carminibus ex Epicuro attigit.

*Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri.
Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira.*

Quam rationem sermone soluto ex eisdem refert N. senus 8. Philof. c. 3. vel potius Nemesius de facultatibus animæ supra scribens. Democritus, Heraclitus & Epicurus, neque vniuersis, neque singulis à Deo prouideri volunt. Epicurus enim dicebat: quod beatum sit, & immortale, nec ipsum habere negotia, nec alteri exiis: e quæ nec iracundia, nec gratia teneri. Nec mirum peccatores holos,

CERTAMEN I.

Philosophorum providentia erga rationales creaturas negantium errores, eisque catholica, & naturalis veritas contradicens.

hæc, belluinoque Philosophos, qui solum sensibilibus commodis, & corporis abiectissimis gula voluptatibus inhiabant, totisque mentis nilibus providebant, neminem, nisi ex proprio, vel commodo, vel aduerso incommodo alicui, de re aliqua providere posse arbitratos esse: tametsi probos plures, præsertim Magistratus, & Gubernatores proprii commodi, vel incommodi oblitos neglectores, rebus ac de rebus plurimis providere, experientia ipsa discere possent.

6. Postremis verbis recitatis à Nemesio ex sententia, & ratione Epicuri (nempe quod beatus sit, & immortalis, &c.) alia huius contra Dei providentiam ratio continetur expressius ex Epicureis recitata ab Ambrosio numero 2. verbis illis *Deum nihilominus ab omni cura, & providentia mundi, ut sine anxietate esset beatus liberarent.* Cuius rationis vis tota est: providentia omnis de re quapiam, providentis curam affert, vel potius cura ipsa est: ast cura omnis cum anxietate est: Ergo providentia omnis perfectæ beatitudini, ac præsertim summæ, & diuinæ, sicut & anxietas omnis, repugnat. Rursus ergo providentia omnis repugnat Dei immortalitati. Probat: quia cura omnis ratione anxietatis, quam vitæ subiecto necessario affert, vitæ, eiusque diuturnitati aduersatur, ac vitentem exedit. Vnde latine lingue periti: ut macrum debilemque, ac pene confectum vitentem significant, curiosum, cutionemque, id est cura excludit, etiam illum, qui curæ incapax est, per tropum vocare solent: ut videre est in Plauto Aulularia 16. 26. *E. agnosco magis curiosam natusum vllam esse bestiam. M. volo ego scire, qui sit agnus curio. E. qui ossa atque pelle totus est: ita cura macet.* Et nullo quidem magis, quam cura, consumi nos experimus: quare & providentiam omnem immortalitati Dei aduersari certum videtur. Sed tamen curam, & providentiam nonnulli incertis de mediis, & euentibus, minusque potentibus pro libito media efficacia adhibere, euentusque tunc dirigere, & prævenire anxietatem afferre experientia quotidianis est notum: coque minorem, vel maiorem, quo minor maiorve est ignorantia, vel impotentia providentis. Quare omniscio, atque omnipotentia Deo nullam providentia, & cura de creatis, summæ beatitudini, aique æternitati aduersam anxietatem affert. Tertium Epicureorum argumentum referente Salustiano 1. de provident. colum. 2. directe providentiam Dei erga homines oppugnat: idcirco vbi de ea speciatim q. 2. egamus opportunius rejicietur; tametsi, cum de præcipua Orbis parte sit, si eam negligi à Deo admittatur, idem potius de reliquis eius partibus dicendum videatur.

QVÆSTIO II.

De Providentia Dei erga homines, & rationales ceteras creaturas; ac ipsarum liberas actiones.

Hæc diuinæ Providentiæ parte, cum ob materiæ dignitatem, tum ob speciales, quæ in ipsa sunt, difficultates agendum primo loco est, vbi de providentia Dei erga creatura particulatim, siue materiam determinatam harum, vel illarum creaturarum concernente, disputandum est. Deinceps verò de reliquarum creaturarum providentia, in qua communes solum, & generales difficultates occurrunt.

1. Præter Atheos, & Epicureos, ac memoratos reliquos Philosophos q. 1. cert. 1. qui providentiam Dei de creatis vniuersim negantes, eam etiam erga rationales creatas omnes, & singulas aperte negarunt, fuisse alios, qui Dei erga creatura providentiam non omni ex parte negantes, sed potius erga aliqua admittentes, erga rationales verò creaturas, vel omnes, vel aliquot siue immediatam, siue mediatam negauerunt. Et quidem erga rationales omnes illam inficiati liquido sunt Euripides, & Menander: qui, etsi erga irracionales creaturas Dei providentia opus esse faterentur; rationalibus autem Dei providentiam superflue aiebant: ut ex ipsis sic refert Nemesius dicto capite 44. de facultat. animæ colum. 2. *Mentem, quæ in unoquoque sit, cuique providere assunt: Deum vero nemini.* Quibus non vniuersim Dei providentiam erga creatas, (ut censet Ruiz disp. 1. sect. 2. num. 6.) sed erga rationales personas, quæ solum nominis voce negantur, sibi quæ providere mentibus suis abunde posse ab his Philosophis iudicabantur, ab eisdem Philosophis excludi manifestum est. In horum errorem incurrisse videri alicui possent Damascenus, Theodoretus, & Nyssenus libris de philosophia falsò ei ascribentis. Cum reuera Nemesij sub alio titulo sint ob aliquot ipsorum verba opportunius referenda, & explicanda q. 3. cert. 3. n. 6. & 7. & mirum esset huius erroris impugnatores validos in eum lapsos credere. Erga homines verò speciatim, non autem erga Angelos (quos genios, & intelligentias vocabant) providentiam diuinam negasse videntur Philosophi, qui Deo curam atque considerationem sublunarium rerum negarunt, in quibus fuit Aristoteles teste Clem. Alex. 5. Stromat. post med. Ambrosius 1. offic. cap. 13. circa med. Nazianz. orat. 33. prima de Theolog. Nizetas in orat. 16. seu de pauperum amore. Theodoretus 6. Græcanicar. affect. & Epitom. diuinor. decret. cap. de provident. Euseb. 1. 5. præparat. Euangel. capite 4.

2. Item omnium vniuersim nulla excepta, rerum ordinem, & dispositionem deferens natura, ut refert Nemesius vbi proxime. *Aristoteles à natura vult administrari finem, ut 6. Ethicor. ad Nicomachum obscure significat.* Clarius autem id docuit 8. Physicorum cap. 1. longè à med. 3. de partib. animal. c. 13. longè à med. 12. Metaphysic. text. 52. fine. Ad præsens autem specialius libro illo 6. Ethic. cap. 1. 1. longè à med. sagacitatem, & intellectum, seu principiorum cognitionem, & Scientiam à natura esse ait, cap. 13. init. addit etiam mores. Omnibus singulis mores inesse quodammodo natura videntur: eorum iusti natura, fortisque, atque ad temperantiam nati natura videmus. Ob indita nimirum semina virtutum. Quibus locis ita videtur sentire, ut naturalibus inclinationibus à Deo inditis, cuique rerum in prima vniuersi conditione, satis, & res, & vniuersim habeat, ut quiddam commodi, ordinisque convenientis, cum vniuerso, tum eius partibus obtineatur: ac proinde vitior de eis cura, & providentia in Deo superflua: quod pro irracionales creaturis, quæ ratione, & arbitrio carent, præcipue facere videtur, ut illis ad proprium, & commune vniuersi commodum pro rationalium, & liberarum creaturarum consultatione, & electione, naturalis inclinatio & determinatio sit: de quo vbi de generali hac doctrina agemus. Censet autem (quod ad præsens attinet) Aristotelem erga hominum mores, & actiones citato loco diuinam providentiam absolute non negasse, nec totam naturalibus cuiusque hominis inclinationibus reliquisse.

ut verbum illud quodammodo recitati testimonij satis declarat.

3. Accedit Aristotelem, naturalibus huius hominum inclinationibus non obstantibus, libertatem, potestatemque ipsorum contra illas agendi, ac subinde in eorum actionibus libertatem, meritum item, & demeritum, seu laudem, & vituperium constanter docuisse: adeo, ut pro his tuendis praescientiam futurorum Deo negasse à nonnullis putetur: quare ea naturali inclinatione hominis satis esse, ut eius honestis actionibus tuto in sui, & vniuersi commoda confuleretur, iudicare non potuit. Insuper eorum in agendo à causa prima dependentiam, & subordinationem aequa firmitate recognouit, primamque hominis in agendis indeliberatam cogitationem adeo esse, quae absque Dei de nostris actionibus attentione, consideratione, cura, & prouidentia esse minimè possunt. De Ciceronis sententia circa Dei prouidentiam de liberis nostris actionibus dubitatur à nonnullis. Nam libro 2. de natura Deorum Dei prouidentiam, & praescientiam nostrarum actionum multis argumentis videtur stabilire. Ceterum ibi non tam id deficiens, quam in vtramque disputans partem est locutus: siquidem lib. 3. fidei disputationem Balbi contra Stoicorum sententiam, de prouidentia, & praescientia diuina humanarum actionum verosimiliorem disputatione Cottae pro iisdem iudicauit. Deinde vtramque, & praescientiam, & prouidentiam nostrarum actionum, vitiope earum libertati noxiam, & aduersam Deo expresse negauit secundo de diuinatione: idcirco merito Augustinus 7. de Ciuitate capite nono prope medium de Cicerone aiebat: *Dum homines vult facere liberos facit sacrilegos, &c.*

4. Quae haecenus de humanis actionibus faciendis, siue de prouidentia, ut sunt dicta ab Aristotele, & Cicerone sunt. De iam vero factis ita Aristoteles censuit 10. Ethic. cap. 8. sub fin. *Qui mente operatur, & eam colit, disponitur optime: is, & amicissimus Deo immortalibus est.* Nam, si Dei curam humanarum rerum, ut existimatur, aliquam habent, rationi sane consentaneum fuerit, ipsos eo gaudere quod est optimum, maximeque sibi cognatum, (*hoc autem fuerit ipsa mens*) & in eos qui maxime hac amant, & honorant beneficia vicissim conferre, tanquam curam iis, quae sibi sunt cara, ne diligentiam adhibentes. Quibus, & prouidentiam Dei: erga res omnes humanas tam proborum, quam improborum hominum non probare vniuersum, sed vulgarem potius opinionem existimate videtur, eamque solum erga probos à Deo haberi, admittendum esse: siuuliter 2. magnor. Moral. cap. 3. circa medium aiebat. *Atque Deum malorum (hominum) curam habere fas non est: nempe quoad prosperos euentus, quos proinde, sicuti, & aduersos proborum, casui, & fortunae, non autem diuinae prouidentiae, adscribit, & immediate docuerat scribens. Talium Dominum praescimus Deum, ut bona, malaque meritis distribuatur. At fortuna, & quae à fortuna tam uere, quam, ut fors iulerit, sunt. Quod si eiusmodi distributori Deo adscripsimus malum ipsum iudicem faciemus: neque iustum, id nefas Deo deputare.*

5. His porro testimoniis ita de sententia Aristot. cenfeo. Nempe testimonio primo & secundo, non de prouidentia ut sic, sed de prouidentia benefica, & amica erga homines fuisse locutum, in eoque ibi aberrasse à vero, quod eam erga improbos haberi à Deo posse negauerit: quasi eius bonitas infinita malitia operum nostrorum necessario, & insuperabiliter sit vincenda. Secundo: tam eis, quam terro, & postremo loco temporales, quos fortunae attribuit, euentus prosperos, & aduersos nostros, materiam praemij, vel supplicij pro nostris meritis, aut demeritis non reputasse, vel implicancia docuisse: si enim materia praemij, supplicijque esse admittit, nec aliis praemianda nostra merita, puniendave delicta recognouit: cum Deum iudicem iustum, & pro cuiusque merito distributorem fateatur, eorum dispendiorem, casum, & fortunam, Deumque dispendiis ipsorum incurium, & negligentem, nequit sine implicatione admittere, nec, quin iniustum iudicem, & distributorem nefarium, ut ipse ait, admittat. Aberrat item, si censcat prosperos, aduersosque, & alius materiam praemij, supplicijque non esse: cum cer-

tum, atque experientis quotidianis compertum sit, impios saepe in hac vita ætumnis, etsi non ad condignitatem, temporalibus à Deo puniti; iustos item, quandoque huius vitae bonis, etsi non ad aequalitatem praemij: ut in Beato Iob videmus. Tandem omnem Dei curam, de prouidentiam de nobis nostrisque actionibus negant Philosophi Aristotele antiquiores, quorum meminit Ephraz Themantides, & quibus adhuc, Iob 22. num. 3. quid enim nouit Deus? & quasi per caliginem iudicat. *Nubes latibulum eius, nec nostra considerat: & circa Cardines caeli perambulat: & alij memorat Plalm. 139. n. 7. qui dixerunt. Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob, & Plalm. 72. impij dicentes. Quomodo (scilicet Deus) esset scientia in excelsis? nimium actionum nostrarum, ut earum prauas puerit. Nec potest error hic Patrobus aduocare, Prosperum ad capitula Gallorum respondit, Fulgentium 1. ad Monim. c. 6. asserentes, Deum praecare mala quae non facit: aut non praedestinare, nisi quae facit nempe bona. de ista enim praedestinatione loquuntur, non de prouidentia communi.*

CERTAMEN II.

Diuina de rationalibus creaturis, atque earum actionibus prouidentia ex fide, & naturali ratione demonstratur.

1. Prouidentia Dei erga rationales creaturas est omnibus scripturae testimonio probatur, quibus prouidentia vniuersum probata est q. 1. & vniuersali erga creatura omnia probabitur q. 3. siquidem in creaturis rationales etiam continentur, ac de eis praecipue fere omnibus testimonij agitur, ac de faciendis actionibus, siue eis, ut fiant illis omnibus, quibus Dei ordinatio, & voluntati restitit de facto, & possibilitate etiam consequente, minime posse à rationali creatura dici, reuerentis à nobis controu. de volunt. & recitandis hic dilige, vlt. q. vlti. & ea speciatim loca, quibus siue ad probos hortando, praecipiendo, iugando, ac disponendo de talibus vero consilio, lege, minis, terroribus, suppliciis praecauendo, ac impediendo, ne fiant, inducit Deus: quae in Exodum, Plalmos, Sapientiales, ac Regum librorum obli sunt, ac frequentissima, & quibus proinde referendis praecedendum fuit. De actionibus vero nostris iam satis est omnia scripturae loca Dei prouidentiam probant, in primis, quae temporalia supplicia in peccatores praesentem obstatos narrant v.g. in Pharaonem, & Aegyptios apud Exodum: ingentes terrae promissae, cum ibi, & libris Numer. Iosue iudicum, Regum, Machabaeorum, & aliis: tam ex bonis temporalibus etiam, quibus populum suum oppleuit, cum pie, atque ex lege se gereret, ac fortiter ex aeternitate poenae malis in Euangelio inducere, praemiisque iustis à Deo promissis: quorum temporalia illa verum praemia, & supplicia typum gerebant. Denique ea omnia, quibus aduersam iustorum fortunam à Deo in bonum versam, prosperamque impiis conuerfam in malum siue temporale legitimus, siue aeternum: ut in necia Lazaro, & diuite epulone: quorum Luca 7. tam dilige exitus historia certe fuit, communi Patrum & interpretum sententia, tamen si parabolae quoad colloquium dicitur cum Abraham aliquid habeat, ut in Tragicomediis, & idcirco quandoque parabola ab aliquo Patribus, etiam Chrysost. qui historiam esse docet, appellatur. Nec alio excusari temeritatis melius potest Theophilactus impientes vocans eos, qui historiam esse docent, & acceperunt quoad omnia, etiam colloquium illud.

2. Ex Patribus eadem Dei erga rationales creaturas atque earum actiones ad fieri ipsarum, & ordinationem, postquam ab eis sunt factae militat omnia, quae ex ipso producemus, q. 3. & quae produximus quæstionibus, & difficultatibus memoratis de voluntate Dei, item quae produximus como 1. controversia 3. de Deo eto-
cuius

curandi cum causis liberis creatis d. i. q. 2. ubi ex decreto concurrenti de se efficaci determinate ad unam partem, & prædeterminationem illius omne Dei de nostris actionibus iudicium iustum, præmiique, & supplicij nostri pro bene maleque gestis iustitiam euerit, ut ingens absurdum è Patribus deduci ostendimus id quod absurdum reputare non possunt, nisi iuste retributionis bene maleve operantium rationalium creaturarum curam, & providentiam penes Deum esse libere supponere: videatur præcipue Enochius Ficinens, recitatus ibi cert. i. n. 6. Accedunt testimonia alia plurima, & scripturæ, & Patrum, quæ contr. 7. d. i. pro Dei prædestinatione, & 8. pro reprobatione referimus: quibus, & Dei de nostris actionibus in fieri, & post factum esse providentia apertissime continetur. Demum inducenda hic sunt omnia scripturæ, & Patrum loca, quibus gratia Dei necessitas, cum ad quamvis rectam, & honestam operationem nostram excedendam, cum ad tentationes vincendas, ac tandem in vitæ honestate, ac sanctitate perseverandum contra Pelagianos, & Semipelagianos ab eisdem Patribus allestunt: quorum testimonia plurima Deo dante dabimus tom. i. de eunte supernaturali contr. de gratia auxiliante.

3. Porro à ratione ea omnia argumenta pro Dei erga rationales creaturas, earumque actiones specialiter militant, quæ pro veritatibus cunctis nuper memoratis ab scriptura, & Patribus assertis ad nostras citatas contrarietas producemus. Deinde quæ pro Dei providentia de creatis omnibus, & singulis efformanda à nobis sunt, cum à priori ex creatura & Creatoris debito, tum ex recta rerum à Deo conditum dispositione, ordine & conservatione, Etenim qui Creatoris titulo, & quasi iure creaturarum à se factarum omnibus, & singulis providere ut non ipsis, sibi autem, ac perfectionis lux stricto iure debet nobilioribus, ac perfectioribus providere potius debet: quare nec poterit de eis cura neglecta ipsas providentia sua præterire: sunt autem rationales creaturæ omnium quæ à Deo sunt conditæ, imò & conditi ab ipso possunt è genere seu specie sua perfectissimi: ergo nequeunt in Dei providentia omitti. Hoc argumentum providentiæ Dei de rationalibus intellectualibus creaturis speciale attigit Aristot. 8. Ethicor recitatus à nobis cert. i. n. 4. quamvis ibi de benigna Dei in bene operantes solummodo loquatur, argumento tamen à contrario, etsi ab opposita odiosa, & inimica Dei providentia in improbos evincitur.

4. Vterius eadem Dei providentia erga rationales creaturas probatur: quia Dei rerum conditoris, est illas ad proprias suas operationes, functionesque naturales obundas cum adæquata potentia, plena facultate, & absoluta potestate, de lege ordinaria, ac de se ipso constituit: etsi ex causarum secundarum coniuncto, & exigentia naturali id quandoque possit impediri, ut in monstrosis manifestis effectibus videmus: in quibus etiam Dei providentia valde æqua elacet exigentia naturali causarum secundarum & dispositionum attendens, ut q. 3. videmus. Atqui agentia libera creata de se, ac secundum se solum sumpta cum plena facultate, & adæquata potentia & absoluta potestate ad liberas, & proprias operationes, ac functiones naturales obundas constituta non sunt; neque se in illa possent, semel etiam constituta, constitutæ. Ergo ita illa plena, & absolute potentia libere exercendi suas operationes, & functiones naturales constituitur divinæ providentiæ erit. Minor probatur primo: quia cum agentia creata sint, absque Dei decreto concurrenti cum ipsis nequeunt absolute operari, cuius posito in eorum potestate non est, sed solius Dei provide agentium liberorum exigentiam, vel indigentiam attendentis, & suum concursum cum ipsis præparantis.

5. Secundo: quia, cum agens liberum, quæ tale, eivise voluntas in incognitum ferri nequeat, obiecti, siue amplectendi, siue fugiendi absoluta potestas absolutam illius cognitionem essentialiter claudit, vel requirit: hanc autem nequit voluntas acquirere de primi obiecti cognitione, ad quam nullus voluntatis actus præcedit: unde de primam in negotio quovis humano, etiam naturali, cogitatione à Deo esse Patres, Philosophi, ac Theologi omnes fatentur. Insuper neque ad plures subsequentes actus obiecta ita disponi, & occurrere, ut eorum cognitiones menti ingerantur humana potestati subest, sed opus est

Christoph. de Origa, de Deo Pno. Tomus II.

providentia, & dispositione divina: eisque ita positis obiectis, ut naturaliter operentur impedimentorum amotio non penes hominem, sed penes Deum plerumque regulariter est: Absolute verò semper, qui potest causarum naturalium cursum, & dispositionem invertere, ut vel non occurrant, vel impediantur: ac denum ita iam dispositis obiectis, atque ex parte sui, & potentia cognoscitur expeditis eorum exigentiæ, seu indigentia cognita, & præmissa potest Deus concursum suum pro suo arbitratu, vel retrahere, vel exhibere. Ecce quæ ex partibus divina providentia agentibus creatis libetis, ut operari absolute possint, atque de facto operentur necessaria demonstratur.

6. Tercio id ipsum evidens naturalis rationis lumine esse demonstratur. Nulla quippe gentium, adhuc, quæ falsos coluerit Deos, natio fuit, cui ita rationis lumina tenebretceret, ut à suis quæque Diis precibus, orationibus, hostiisque, & victimis actionum suarum, & effectuum, quos sibi proficuos optabant felicem exitum, ac infortunatorum aversionem, non precaretur; cum tamen nemo, nisi demens proflus, & stupidus aliquid ab alio petat, nisi ab eo, cuius voluntate, industria, dispositione & potestate obtinendum esse cognoscat: ergo rationis naturalis ductu notum hominibus, adhuc barbaris cunctis, est nostrarum actionum, & effectuum fortunatorum eventum, ac infortunatorum aversionem penes Dei potestatem, voluntatem, & dispositionem esse: quod ipsum est Deum rationalibus creaturis tam de earum actionibus quam de effectibus, & eventibus omnibus eas contingentibus providentem fateri. Simile argumentum è gratiarum actione, tam particulari, quam sacrificiis publicis ad eam publice Diis suis habendam, & profitemdam pro felici actionum, & effectuum eventum, apud gentes omnes deputatis. Nemo enim nisi infans, & vecors, ei cuius voluntate, potestate, & dispositione faustum aliquid sibi obtinisse, vel à se infautum diuertisse non iudicat, gratias agit, aut refert.

CERTAMEN III.

Oppositionum solutio.

1. EX dictis specialis contra divinam providentiam, erga rationales, & liberas creaturas, earumque actiones, & effectus, seu eventus difficultas ab Euripide, & Menandro excogitata, ac recitata cert. i. n. 1. facile complatur. Etenim mentis quæ in unoquoque est, tot tantaque deficiunt, ut sibi suisque rebus provideat, quos, quantaque recensuimus cert. 2. n. 4. & 5. obicitur autem specialis in re præfenti difficultas alia, quæ Epicurus eos providentiam Dei absolute negare fecit teste Nemesio cit. c. 4. de animæ facultatib. col. 2. & Saluiano 1. de provid. col. 2. ex misera tristique bonorum, hilarique, & opulenta in hac vita impiorum fortuna: quod & Aristot. 8. Magnor. moral. ante med. prosperos, aduersosque eventus nostros fortunæ adscribere, divinæque providentiæ subtrahere, fecit, ita enim scribit. *Tantum Dominum præsumimus Deum, ut bona, malaque meritis distribuatur. At fortuna, quæ quæ à fortuna, tam vere, quam ut fors tulerit, sunt: quod si eiusmodi Distributori Deo adscripsimus, malum eum iudicemus faciemus, neque iustum id nefas Deo deputare. Et sane in eam incidens difficultatem David Psalm. 72. pene metos, pedes suos, ait, ut pene in viam impiorum, Deo de nobis nostrisque rebus providentiam negantium, abiret.*

2. Respondit tamen difficultati, illam tam diu persistisse: donec interem in Sanctuarium Dei, cælum nempe, æternæ nostræ beatitudinis sedem, & intelligam in novissimis eorum: scilicet non in præsentibus (ut August. ibi) sed in iis, quæ ipsis à morte perpetuè atque interminabili malo in vita actorum supplicio evenient: Cuius magnitudine, & æternitate temporalis bonorum, & felicitas, & duratio evanescit, inquit, ut tunc etiam, Domine, cum eis bona illa, quæ adeo infautum exitum præ eorum abusu, & nequitia habuerunt, vel donabas, vel permittebas, non tam beneficis in eos, quam illufor habendus esses, & impostor prestigiosus, si mens nostra à tua bonitate, & ipsorum malitia

liua diuertat: eam sane vim & emphasim versus sequentis verba habeat, *verumtamen propter dolo: eorum posuisti impouisti eis: deieceris eos, dum alienarentur*, vt breui instantanea, quasi phantastica, sicutaque solum, felicitate ad solidam adeo: ac eternam poenae calamitatem deuenerint: vt versu 20. concludit, *velut somnium surgentium Domine in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges*. Deinceps vero sua in aerumnis patienter receptis, quin à Deo per impietatem discederet, felicitate exultat, ac subdit: *Quid mihi te est in caelo? aut à te quid volui super terram? Defecit caro mea, & cor meum, Deus cordis mei: & pars mea Deus in aeternum.*

3. Itaque, etsi temporalia infortunia, & mala, mala quidem physica sint, & quandoque à Deo vt diximus in delictorum poenarum impiis, & eorum correctionem simul, vbi ei adhibendae locus datur, nec morte in poenitente aeternae impiorum poenae continuato iunguntur: contra vero bona temporalia bona physica absolute sint: cum vitae tamē alterius bonis, vel malis comparata, nec bona nec mala aestimari debent: nisi, quatenus alterutra aeternis, vel malis vel bonis inferunt: neutraque condignitatem, aut aequalitatem meriti, & dignitatis sanctorum, nec demeriti, & indignitatis impiorum pertingat, vt in eis distribuendis meritorum, demeritorumque ratio à supremo iudice Deo haberi debeat. Tum quia vtraque temporalia, nec meritum, nec demeritum aequantur, quia, & vtraque indifferenter ad iustitiam, & impietatem, ac subinde ad propriam & aequam meriti iustorum, & demeriti impiorum mercedem conducunt. Ex quibus manifeste deducitur: expertam distributionem bonorum temporalium plerumque malis, & perditis hominibus, & amaranum piis, ac iustis à volente etiam, nec solum permittente, Deo integritati iudicii eius non derogare: cum neque in materia propria, & determinata praemij, & poenae actorum ab ipsis ea inaequalitas sit, nec in absolute inextimabilibus, vt bonis, & malis hominum rectus vsus, vel abusus illorum accedat. Quin imo, cum Deus iudex iustus necessarius sit, ex ea inaequalitate partitionis temporalium à Deo sciente, & volente etiam plerumque, & animi nostri immortalitas inde in primis (neque iudice vnice) demonstratur, & alterius vitae iudicium, nec multo obcurius, & longius corporum nostrorum relictio: vt meritorum demeritorumque comites, praemij, aut supplicij comites sint.

4. Inde etiam Ecclesiast. 9. *Omnia in futurum incerta seruari proponit, & ex prospera malorum, & aduersa bene meritorum fortuna fusae perpena probat, ac si diceret, inquit Hieron. Haec autem sunt incerto statu feruntur omnia, & non est in praesenti retributio meritorum, sed in futuro: Idemque argumentum futuri in altera vita praemij ex eadem difficultate breui sed viuide praestitit. Itai. 4. 5. *Va qui corradicia facit sibi, testa de famula terra. Nunquid dicit luterum figulo suocid facit? & opus tuum ab ipso manibus est: Septuaginta. Nunquid arans arabis terram tota die? quam lectionem secutus, & interpretatus est Cyrill. vt sensus sit: non semper iustos laboraturos laboribusque adeo exercendos sine fructu, & praemij quiete, quae à laborantibus, non vesanis, labore, & sperantur, & tempore messis percipiuntur: subiungunt continuo. Nunquid dicit luterum figulo, &c. iuxta vulgatam lectionem recitatam. Itaque eius loci sensus genuinus, & litteralis Cyri Christum figurantis, & Christi ipsiusque, & aduentus, & euentus hic praenunciatus est. Hominem à Deo factum, ipsius praesertim, vel professione cultorem vel vita, quantumvis temporalibus aerumnis oppressum, de Deo quasi de impotente, & manco, vel incurio operis sui, & qui ad propriam illius perfectionem, & felicitatem, & laborum praemium & requiem, vel nequeat, vel negligat perducere, non nisi impie, ac nefarie querulum esse posse: maxime, cum videat Deum populo in captiuitate Babylonica seruitute dura, & calamitatibus oppresso, & quasi à se reiecto, & neglecto de Cyro libertatis eorum alferre, atque ad proprias sedes, & requiem, bona, & splendorem restitutore prouidisse: ac insuper de Christo, per Cyrum figurato, populi sui à seruitute, atque aerumnis peccati, & Diaboli in libertatem filiorum Dei vindice, & alferre: quare n. 11. subdit. *Hac dicit Dominus Israel, Plastes eius ventura interrogare me super filios meos, & super opus manuum mearum mandare mihi: non praesentibus afflictionibus, calamitatibus solummodo intenti quorum suam in posterum curam recenditis om-***

nibus: caelo terra, ac reliquis, quae in hominum commoda formauit & futuris eorum felicitatibus prouidentia deinceps demonstrat. Nec minus difficultate perpena capite 1. Habacuc eandem solutionem delit sub capite finem, & toto cap. a. expenditurque, & datur saepe libris Machabaeorum.

5. Eandem rationem & solutionem praefatam difficultatem incurrit Plato in Phaedone, siue de anima veritas finem est allecutus. Si enim, inquit, mors esset, dissolutio, ac discessus: id lueri ferrent mali: quod per mortem, & à corpore, & à sua ipsorum improbitate vna cum anima liberarentur. Nunc vero cum hac immortalis esset videtur nullum aliud finit ipsi refugium, neque solus à malis praeter quam, & optima & sapientissima sit. Sicut post hac, & libera à peccatis perisset, ac vicem poenae gestis recipit. Mirum obinde non erit Spiritu Sancto plenum Paulum ex eadem difficultate futurae vitae iudicium, & praemia poenaeque demonstrasse veris illis 1. Corinth. 15. si in hac vita tantum in Christi sperantes sumus miserabiliores sumus omnibus hominibus, vt bene ibi Chrysost. Theodoret. Theophilast. Hieronym. Ambros. & Anselm. Clem. Rom. 3. recognit, circa mod. Hoc ipsum quod in praesenti vita non redditur quatuor pro actibus suis fidem in dubitabilem facit scientiam Dom esse iustum, quod iudicium erit. Cyrill. Hierolym. Catechesi 18. col. 1. sic alterius vitae iudicium probat. *Respicit autem, & istud multi homicida in lecto in pace defuncti sunt, ubi igitur Dei iustitia? sepe autem qui homicidia quinquaginta parauit, semel tantum capite percutitur: ubi igitur illorum quadraginta nouem poenae dabit, nisi post hanc vitam fuerit iudicium, & retributio?* Eadem fere Isidorus Pelusiota libro 3. epist. 154. Nunc. eam. 1. iambico de seipso aduersus inuidios in idem argumentum ita scribit.

*Ac dignitatis ordo iustus disparis.
Graue aliter esset rebus hic durus premi,
Nisi summus olim videret talis Deus.*

Pluraque alia in idem subnequit Chrysost. tom. 4. 1. Corinth. 4. homil. 9. in moralib. sub init. etiam de iudicio sic accipio sermonem. *Quomodo inquit? interrogat: tu vero responde iustus est hic Deus, & iuxta merita retribuit vniquique: vel non secundum meritum? & innotat vult saliciter agere, & delicta retribuit autem in alio esse minime inquit. Nec enim homo pateretur retribui bene hic operati fuerint bonis fruuntur: ubi autem malis, rarissimi si futura sit vita quadam post hanc, & venial. Consonat sibi 2. ad Timot. 1. homil. 3. ante medietatem, orat. 4. de prouid. seu de fato 1. 1. homil. 4. de Lazaro circa med. & tom. 2. in 2. ad Philip. sem. 6. fin. 2. ad Timot. homil. 8. sub initium moral. Quibus addendi Petrus 1. aliquid ad memorata Pauli loca praefertim 1. Corinth. 15. & alia ex Ecclesiast. & Psalmista non interpretantes solus, sed cursim attingentes, sicut ad illam Hieron. 12. *Quare via impiorum prosperatur? & Habacuc. 1. Quare respicit super iniqua agentes, & taces deo uolente iniqua iustitiae? & alia c. 2. speciatim Aug. num. 1. citatus in Psalm. 72. & lib. 20. de ciuit. cap. 28. sine tract. 25. in Ioan. colon. penult. & 28. sub med. eandem rationem expellit: Admagoras, inde, & iudicium, & retributionem ad aeternam vitam deducens.**

QVÆSTIO III.

De Prouidentia erga prauas actiones.

QUOD Prouidentia diuina de creaturis reationalibus, & rumque liberis operationibus habentis à nobis ex scriptura Philoophorum & Theologorum concordia sententia asserit & demonstrat, plenam intelligentiam sententia asserit & demonstrat, plenam intelligentiam quomodo illa circa actiones prauas, quae non, ab in-

tionalis ac liberæ creaturæ sunt, habeatur exerceturque
à Deo oportet explicare.

CERTAMEN I.

Dei erga pravas actiones ex Scriptura, &
Theologis providentia probatur.

1. **H**Ac in re actiones pravas in Physicum actionis
prave & illam ut materiale peccati est, siue
provi à nobis ex libertate notitia legis aduersantis, & ca-
teris prærequisitis procedit, ac tandem ut formale pecca-
ti, seu moralis malitiae vestitum, diuidi ab authoribus vi-
deo. Ego verò tertium hoc membrum præsentij examine
omitto: quia re ipsa, ac seculæ fictione nostra, formale
peccati à materiali ipsius, quod hi Authores dicunt, &
impro explicuimus, nihil differre censeo: nam quidquid
ei superadditur, ut vnum quid, & forma seu malitia de-
nominans ita exercitum actionem peccatum, purum ratio-
nalis nostræ signum esse, & de quo non alia, quam
de cogitatione nostra fingente haberi à Deo providentia
possit: Distingui verò actio prava, ut materiale peccati,
seu ut etiam formale peccati est, debet, quatenus ad Dei
providentiam de ipsa agimus, in duplici statu, seu signo,
naturæ: scilicet, vel pro priori naturæ ad eius existen-
tiam, quo pacto diuina providentia versari videtur, ut
actio prava seu materiale peccati pro posteriori naturæ
absolue sit, vel pro posteriori naturæ ad eius existentiam,
ut de actione illa prava semel facta, & præuisa aliquid
viterius agat eamve ordinet, vel ipsa vtatur ad aliquid
aliud agendum.

2. Et circa actionem pravam, ut existat, & sit, omnem
Dei providentiam negat Auerroes 12. Metaph. comm. 37.
& 12. & sine paraphras. argumento cert. 4. referendo, ac
restituendo. Nec nimium ab hoc errore visus est mihi dis-
tante Iul. Sirenius 3. de provid. c. 12. sub init. scribens (teste
Ruiz d. citata c. 7. n. 4.) voluntates pravas, & omnes opera-
tiones peccatas, in quibus ad Deum relatas, temeris vel for-
tuito cuiusque queritur, Catholice futuri possumus. Quod
etiam temere ac fortuito alicui obuenit, procul dubio
extra, vel extra ipsius euenit providentiam. Deceptus au-
tem fuit: ea solunt que ex intentione & voluntate ali-
cuius veniunt, non casu & fortuito ipsius non extra eius
providentiam, reliqua verò temere illi, & casu, ac ultra
eius providentiam contingere credens. Et crederem Arist.
erga actiones pravas ut in se ipsam intentionem, providen-
tiam non admisisse, cum semel tantum eam erga pravas
actiones, & iustos admiserit 10. Ethic. c. 8. sub fin. recita-
tus q. 2. cert. 1. n. 4. De pravis vero actionibus in actu se-
culo positi, & factis diuine providentia, & ordina-
tioni ad aliquid aliud efficiendum (præter Atheos qui
Deum negant, & Epicureos paucosque alios Philoso-
phos pios Dei assertores, eius vero providentiam ne-
gantes q. 1. cert. 1. Euriptidem, & Menandrum, qui ut vi-
dimus q. 2. cert. 1. n. 2. eam erga ration. les creaturas omnino
reiecerunt) nemo siue Philosophus, siue Theologus est, qui
negat: quinque Patres omnes constanter, & consone faten-
tur, demonstratque abunde ab ipsis est ex dispari me-
ritis vitæ huius fortuna, ex qua & iudicium nostrarum
actionum, ac debita retributio in seculo alio, nostraque
subinde retributio demonstratur q. hac 2. cert. 1. inde
enim evidens est præuisa à Deo absolute peccata ad iusti-
tiam exercendam ordinari, quare & absolute diuine pro-
videntia subiaceret, ut puniantur.

3. Prima igitur conclusio evidens omnia Patrum, Do-
ctorum Theologorum, & Philosophorum præter Atheos
Epicureos, Euriptidem, & Menandrum, bonum sit senten-
tia & dogmatica in fide est. Actionum pravarum in actu
seculo, & absolute existentium peccatorum providentia
in Deo est: ex eorum puniri, & demonstratur primo. Se-
cundo probatur iustitiam consequentia ex fide certissi-
mum actiones pravas elicimus cum libertate, aduerentia
legis prohibentis, & distantia rationis, contra quæ sunt,
& aliis (si quæ sunt) omnibus requisitis ut sint absolute
peccata in bonum, siue aliorum, siue ipsorum peccantium
Christoph. de Orrego de Deo Var. Tomus II.

à Deo frequenter esse cōuerfas. Patet ex historia Genes. de
peccato fratrum Ioseph in eius ab ipsis venditione Ægy-
ptio; in penitentia delinquentium de admisis peccatis
toties à scriptura asserta: populi iudicii Davidis, Aposto-
lorum Petri, Pauli, & Matthæi, & aliorum, quam à Deo eiusque
providentia fuisse fidei dogma etiam existimamus humilitas,
timor, & similes affectus ob peccata commissa pluries à
scriptura narrati, cuiusque experientis propriis com-
probat: Christi, & Martyrum gloria, ex Iudeorum cruci-
figentium, tortorum, & carnificum flagitiis suborta. Vide
conclusio hæc negari nequit, quia scriptura non semel,
sed sexcentis negans aduersetur propria experientia
contemnat.

4. De actionibus pravis, etiam ex aduerentia, liber-
tate, & requisitis cunctis, ut pravae sint, pro naturæ priori
ad ipsorum absolutam existentiam siue ut sint (non tamen
in se ipsa) contra Auerrois errorem memoratum n. 2. Dei
providentiam Catholici omnes Theologi ex sacra pagina
& concordia Patrum sententia tuerunt. Alex. 1. part. q. 6.
m. 4. art. 1. Albertin. 1. p. q. 67. m. 3. part. 4. S. Thom. 1. f.
d. 39. q. 2. art. 2. corp. fin. q. 5. de veritat. 4. 1. p. q. 22. art. 2.
ad 2. 4. & 5. Carthus. in 1. d. 39. q. 1. col. 3. & 4. Durand.
q. 3. etiam dicat pro illo priori provideri ne fiant, quo to-
tum quod intendimus non dicit, etiam non contradicat,
neque provideri à Deo ut fiant non intentione adhue.
Richard. ibid. art. 2. Argentina. art. 4. Aureolus d. 40. art. 3.
S. Bonau. d. 46. art. 1. q. 1. circa fin. Ferrar. 3. contra gent.
c. 71. concordant doctrinæ S. Th. omnes eius interpretes
ad locum 1. p. Caiet. Banez Nazari. Molina, Vasquez, ac re-
liqui Pennotus item 5. Propugnac. c. 9. quibus & Ruiz ci-
tata disp. 2. & nos assentimur. Sed statim occurrit difficul-
tas de nomine videtur enim, si Deus de actionibus pravis,
ac peccatis ut sint providentiam habere admittatur di-
cendum itidem esse, actiones pravas, & peccata esse à
Deo prouisa: quod, & effectus esse diuine providentiæ
absurde significat: idcirco illationem negandam docent
Aureol. art. 2. col. 1. 6. & autem, Vasquez sub fin. Commen-
tarij ad art. 2. citatum. Nescio tamen, quare ratione Schola-
stico rigore consequentia negari queat, actu circa obie-
ctum aliquod admisso, huius ab illo denominatio: est si-
quidem negare denominationem passivam obiecto, circa
quod actua admittitur in eodem circa illud versatur, &
admissio, quod ego amem Petrum, negare Petrum amari à
me: id est idem ipsum, quod in antecedente admittitur, in
consequenti negare. Quod autem ignaris illud præterea
absurdum sonet, ipsorum, non consequentiæ vitium est: cum
providentia de se, ac proinde erga actionem pravam, &
peccatum rei cuius providentia est efficientiam non sonet
(ipsis Aureol. & Valg. ac reliquis Theologis fatentibus, qui
proinde passiva effectus denominatio debeat, aut possit
respondere).

5. Secunda hæc, & communis conclusio probatur, primo
ex sacra pagina innumeris locis, quibus Deus præcipere
illas ad easque dicitur adhortari, suadere, excitare, ac mo-
nere 2. Reg. 14. Exod. 9. & ad Rom. 9. alijque innumeris, quæ
pro Thomistico decreto prædeterminatio materialis
peccati produximus, atque indebitum, gentiumque sensum
exposuimus, tom. 1. de Deo vno contr. 3. d. 2. q. 2. cert. 1. tot.
ea siquidem omnia adeo in scriptura frequentia, etiam lapsi,
& errori minus Sapientium exposta, Deus esse voluit, ut
haec providentia suæ erga nostras actiones pravas veri-
tatem intimaret; nec circa suum consilium altissimum, &
providentiam euenire putarem. Clarius autem adhuc
traditur Act. 2. vbi de Christo Domino ad Iudæos dicitur.
Hinc definitio consilio, & præsentia Dei traditum per ma-
nus iniquorum affligentes interemisti. & cap. 4. conueniunt
vere in civitate ista. aduersus Sacerdotum tuum Iesum, quem
vixisti Herodes, & Pilatus cum gentibus, & populus Israël
facere, quæ manus tua, & consilium tuum decreuerunt fieri.
Consilium autem hic (ut ex textu patet) quod Deus de ne-
faria Christi cæde habuit, seu, quod idem est iuxta S. Tho.
1. p. q. 22. a. 1. ad 1. providentiam significat. Neque hic finis
vltioris intentio medio infando illo facinore Iudæorum
præcito conditionate consequendi defuit Deo ipsi, ut ad
providentiæ proprietatem opus erat: ut ex scriptura com-
stat, & Ecclesia canit in Symbolis, Propter nos homines, &
propter nostram salutem.

6. Sed clarius, atque irresistibilis de providentia
Dei, ut actiones pravae sint, non intentione, ut diximus.

dentia opere præstuntur creaturæ. Naturis, ut fiant, & voluntatibus autem, ut sine suo iussu, vel permisso nihil faciant, & circa med. cit. cap. 4. & 3. lib. de Trinit. Nihil enim fit, cassibiliter, & sensibilibiter, quod non de interiori aula summi Imperatoris, aut iubeatur, aut permittatur, secundum ineffabilem iustitiam pravorum, atque penarum, gratiarum, & retributionum in ista totius creaturæ amplissima quadam, immensaque republica, & 5. de Genes. ad litt. cap. 20. fide, dum iniqui iustos exercere permittuntur, explicat facula, quæ creaturæ, cum primam condita sunt, tanquam implicita indiderat, & quæ tamen in suis cursibus non explicarentur, si ea ille, qui condidit, prout motu administrare cessaret.

5. In eandem sententiam Augustini discipuli constanter scribunt, & concordēs de malorum scelerumque permissione ex providentia diuina. Prosper in Plal. 100. ad id Magna opera Domini & ad excerpta Genuesium dicit. 7. Fulgent. 1. ad Monim. cap. 26. sub init. & c. 27. Magnus Greg. lib. 33. Moral. c. 13. alias 18. & 19. ait: Scito ergo dispensationis ordine, unde sanire permittitur iniqui diaboli, inde perficior benignitas Dei. Similia habet cap. 10. alias 13. & lib. 34. cap. 6. & 7. dixeratque lib. 6. cap. 12. id quod exemplo refugientis ab una parte ambitus celorum, qui nequit non ad aliam accedere ambitus eiusdem explicuit Anselmus 1. cur Deus homo? cap. 15. med. subdens: ita quamvis homo, vel malus Angelus diuina ordinationi subiacere nolit, non tamen tam effugere valet, quia si vult fugere de sub voluntate iubente, currit sub voluntate punientem (factum) & transi sub voluntate permittentis, ut fiat. Quo etiam spectant testimonia alia Patrum, quibus d. 3. probabimus id omne quod ab uno diuinæ providentiæ ordine recedit, necessariò in alium providentiæ eiusdem ordinem recidere. Audiendus est iterum Origenes hom. 3. in Genes. sub init. Memento: quod nihil sine Dei providentiæ fieri dicimus, non sine voluntate. Providentia namque est, quæ procurat, & dispensat, & prouidet quæ geruntur: voluntas vero est, quæ vult aliquid, vel non vult. Quare & ea, quæ sub Dei voluntatem non veniunt, sed sub eius solam permissionem, quæ solæ prauæ actiones, & peccata sunt diuinæ providentiæ ambitu docet contineri.

6. Sed & Chrysostomus iterum audiendus in 2. ad Timotheum cap. 4. homil. 8. in morali column. 2. Scito: Quod omnia Deus prouidet: quod liberi arbitrii conditi sumus: quod alia quidem operatur, alia vero permittit: quod nihil mali vult fieri: quod non ex sola ipsius voluntate fiant omnia sed ex nostra quoque. Mala omnia ex nostra tantummodo sunt: bona omnia ex voluntate nostra, & ipsius adiutorio: quod nihil ipsum latet, non tamen quia nihil ipsum latet idcirco omnia operatur ipse. Cyprian. lib. 1. epist. 3. ad Cornel. ad id Matt. 10. Nominis dno pascere asse veniunt, & neuter eorum cadit sine Patre vestro: legit: sine Patris voluntate: & subdit: cum ille, neque minima fieri sine voluntate Dei dicat existimat aliquid summa, & magna, aut non sciente aut non permittente Deo in Ecclesia Dei fieri: eundem locum explicat Theodoretus ad id Ezech. 29. & merces non est reddita ei: his verbis: Per hoc declarat Deus, nihil se invito factum iri, Dno enim (inquit) pascere asse veniunt: & unus ex illis non cadit sine Patre vestro, qui in calce est. quem nihil latet eorum, quæ fiunt. Verum alia quidem ipse moderatur, alia vero fieri permittit modo libero. Non quidem quia Dei erga actiones prauas moderamen, & providentiam omnem abiciat, cum eius admittat erga illas permissionem, sed quia non sola eius permittitua voluntas (in qua eius erga illas providentia præcipue stat) apponendis eis interueniat, quin nostræ voluntatis determinatio expectetur, ut viriulque & prouidentia Diuinæ, & arbitrii potestas subdantur, iuxta Damascenum recitatum numero 4. sub init. ex quo modum hunc loquendi desumpsit, & 5. Epitomes diuin. de- cecit.

7. Porro & eandem locutionem mutuatur ex Damasceno fuit Nemescius de anima, & eius facultatibus (qui Philosophiæ titulo Nysseno tribuebatur) dum (ut refertur, ac eius libro non extat) providentiam esse eorum quæ uno sunt in nobis eodem sensu explicandus est, immo

& se ipse explicat cap. 40. post med. dicens: cum in nostra sit aliquid potestate, & prouidentia sit, necesse est ab utrisque quæ sunt euenire. Nam si ex altero tantum acciderent, non esset alterum. Sed, cum, quæ sunt, mixta sint, aliquando præcipientur à nostra voluntate, aliquando fient ratione prouidentis, aliquando manabunt ex utroque, cap. 44. colum. 2. Non omnia, quæ prouidentia geruntur natura sunt, est, quæ natura sunt, prouidentia ministrantur. Multa enim, quæ Dei prouidentia accidunt, non sunt natura opera: ut de eo, qui hominem occidit offendimus: est enim pars prouidentia natura, non ipsa prouidentia: ac deinceps singulas res, & actiones, tam bonas, quam malas diuina prouidentia gubernari ostendit. Unde constat Damascenum, Theodoretum, Nyssenum, vel potius Nemescium, eis etiam locis, quibus abutitur quispiam contra actionum nostrarum, prauarum præsertim, diuinam prouidentiam posset, fuisse ab eis maxime assertam illam, & vindicam.

CERTAMEN III.

A ratione, & explicatione prouidentia
Diuinæ erga actiones prauas,
eadem probatur conclusio.

1. Rationes ad prouidentiam Dei erga prauas actiones offendendam in datis scripturæ, & Patrum testimoniis, dandisque certam. 4. fundamentum habent præcipuum: cum ex eis constet, sicut, & ratione naturali, Deum peccata punire, ac prouide, est de se inordinata essentia sua sunt, atque intrinsecus inordinabilia, (ut bene vidit S. Bonavent. in 1. d. 46. art. 1. quæst. 5.) extrinsecus autem ordinabilia à Deo sunt ad actum iustitiæ punitiuæ exercendum, citius, potiusque, quam à iudice creato. Item ordinabilia sunt peccata absolute commissa à peccatore ad poenitentiam, humilitatem, cautionem de cetero, maiorem in virtute opposita profectum, ac in Deum charitatem feruentiorem, ut experimentis quotidianis, cum in nobis tum in aliis didicimus. Cum autem hi actus, etsi peccata, quorum occasione eliciuntur, essentialiter concernant, sint honestissimi, & subinde ex Dei misericordia, & gratia necessariò oriundi, ac in Deum charitatem feruentiorem, ut experimentis quotidianis, cum in nobis tum in aliis didicimus. Cum autem hi actus, etsi peccata, quorum occasione eliciuntur, essentialiter concernant, sint honestissimi, & subinde ex Dei misericordia, & gratia necessariò oriundi, ac in Deum charitatem feruentiorem, ut experimentis quotidianis, cum in nobis tum in aliis didicimus. Cum autem hi actus, etsi peccata, quorum occasione eliciuntur, essentialiter concernant, sint honestissimi, & subinde ex Dei misericordia, & gratia necessariò oriundi, ac in Deum charitatem feruentiorem, ut experimentis quotidianis, cum in nobis tum in aliis didicimus.

2. Secunda æque Catholica, & Dogmatica nostra, & communis conclusio probatur à ratione. Primò: quia cum prouidetur à Deo actioni honestæ eliciendæ ex libertate contrarietatis, (quam solam admittunt negantes putæ omissionis possibilitatem voluntati creatæ) nequit actioni honestæ (amori verbi gratia libero) prouideri, quin, & prauæ (odio scilicet) prouideatur: cum nequeat esse ad vnum extremum, quin & ad aliud oppositum sit libera potestas: atque circa actiones honestas, & liberas Dei prouidentia est ex parte actus primi: ergo & circa prauas. Probatur secundo ex dictis pro prima: etenim si ex peccati permissione enumerata, & enumeranda alia certam. 4. plurima, bona à Deo colligi possunt: ergo, & peccati permissio ex fine, & intentione colligendi, obtinendi habetur à Deo: ergo proprie Deus prouidet de peccatis, ut sint, tamen non intentione, permissiue tamen. Postrema consequentia euidens est: cum prouidentia, ut aliquid sit non intentione sed permissiue, iuxta huius prouidentis explicationem subliendam, nihil aliud sit, quam interna Dei dispositio, & voluntas permissiua, ut aliquid eueniat mali ex fine, & intentione

ff intentione

intentione alicuius boni vltioris obtinendi. Prima consequentia probatur. Nam voluntas illa permissua peccati non est Deo necessaria, sed libera vt patet: ita enim Deus peccata, seu actiones nostras hic, & nunc, & in his circumstantiis à nobis eliciendas permittit, vt non permittere potuerit, ac de facto pluribus non permittit, quibus permittere etiam potuit, qui vt eis non permitteretur obsecrarent, & quod permissum ipsis non fuerit, gratias, & habent, & agunt Deo. Pergo, voluntas permissua peccati libera Deo est: ergo & honesta, modoque honestissimo, & perfectissimo in genere moris à Deo habetur, vel saltem haberi potest. Atqui honesta, nedum honestissime habita, non erit, haberiue à Deo potest, ni ex fine, & intentione vltioris boni, & maioris ab ipso obtinendi occasione peccati ea voluntas permissua peccati: ergo ex fine, & intentione boni alicuius & maioris quidem quam non permissio, & impedito peccato foret à Deo concipitur, & habetur, consequentia est legitima, & maior Syllogismi certa. Nulla enim libera Dei voluntas, nisi honesta, bonaque moraliter esse potest.

3. Minor probatur primò: quia si ea voluntas permissua peccati in permissione peccati extrinseca obiectiua, siue tanquam in obiecto volito, & vltimo volito sistat, quin ad vltius bonum tendat, quod intendit, nihil habet boni, adhuc physici, in quod tendat, siquidem peccati permissio extrinseca, & obiectiua stat in negatione auxilij efficacis, quæ secundum se, adhuc physicum bonum, nedum morale non est: sed prorsus physicum malum: atqui honesta voluntas, nequit esse, nisi boni moralis obiecti voluntas: ergo, si voluntas permissua peccati in vltius bonum obiectiue morale non tendat, bona moraliter, & honesta esse non potest. Probat, secundo, quia velle permittere peccatum in eo, qui illud potest impedire, solum sistendo in permissione, nihil aliud intendendo, vitiosa potius quam honesta voluntas videtur, & quæ interpretatiua saltem peccati voluntas sit: cum nihil vltius sit, quod intendi per illam possit. Tertio: quia, cum nec physicum bonum in extrinseca & obiectiua permissione peccati sit, vt diximus, nec physica voluntas, nedum honestate morali induta, esse erga illam potest, quin extrinsecus bonitate alterius obiectiue vestiatur, ob quam ametur: siquidem voluntas prosecutiva non, nisi in bonum, & bonitatem aliquam, vel intrinsecam, vel extrinsecam addititiuam esse physice possit. Quarto nulla agenti libero digna operatio, & volitio (quæ finis volitio non sit) nisi propter finem esse potest: atqui permissio obiectiua peccati finis suæ voluntatis non est: tum quia nec bona physice adhuc, nedum moraliter est, vt diximus: ergo vt digna sit agenti libero (nedum perfectissimo, vt Deus est) ob vltius aliquod bonum intentum ab ipso, vt finem, esse debet.

4. Quintò eadem minor suadetur: quia, ni voluntas permissua peccati intentionem Dei, vel suppositam ad illam, vel in ea inclusam colligendi, & obtinendi per illam, atque occasione peccati permissi maiora bona, quam sublata permissione, & peccato impedito in vniuerso forent, euacuatur plerumque Patrum, & Theologorum doctrina, quæ occurrit argumento Auerrois, negantis, vt vidimus certam. 1. num. 2. & aliorum ad dubitantium vel scrutantium diuinæ prouidentie erga prauas actiones decentiam, eiusque rationem, quam præfati Patres, & Theologi in primis, ac fere vnicò, reddunt ex amplioribus bonis à Deo ea permissione, & intentis & obtentis vniuerso. Sexto demum probatur: quia, vt vidimus cert. 2. & 3. scriptura, & Patres in actionis prauæ seu peccati permissione aliquid vltius boni per illam, & peccati occasione, obtinendi à Deo intendi docent expresse. Quibus omnibus, me iudice aduersantur, qui negant ex fine vltioris boni obtinendi posse à Deo peccatum permitti, ac proinde, & permissionem peccati prædestinationis effectum esse posse.

5. Indecentia vero diuinæ bonitatis, & voluntatis, quam ita sentientes obiciunt (nempe non posse amari medium remotius ob finem intentum, quin proximum finis, & sine quo conducentiam ad finem remotius illud non haberet, ametur: quare nec permissio peccati ob bonum peccati occasione ac non aliter obtinendum, quin

& intermedium ametur) subtilem, & solidam habet solutionem datam à nobis controuersia 2. de incarnatione d. de fine incarnationis, atque hic fult iterum datam controuers. 7. d. de effectibus prædestinationis, vbi ostendimus media remota, & quæ, non aliter vtilia ad finem & conducentia physice sunt, nisi proximorum amorem interuentu, ob finem nihilominus immediate amari, quod illorum ob eum finem amor, & effectus inter media de beat attingere, per illaue transire, & ad intermedium amorem electio remotioris determinet: tamen remotius intrinseca electione, & ex finis eiusdem intentionis eligatur, atque apponatur: quo indecentia illa præsertim euanesceat.

6. Hac vero intentione vltioris finis, & boni permissione obtinendi ex occasione prauæ, hic, & nunc, actionis, & peccati statuta in voluntate Dei permissua peccati, probatur vltius prouidentia Dei explicari: ipsius prouidentie facili, atque ab innumeris nostris Rati ad eam explicandam conclusionibus (magnum patrum bonis doctis, & subtilibus, sed præ multitudine minutissima confusione menti facessere aptis) expedita, ex eo quippe sine Deo, cuiusque prouidentia circa prauæ, hic, & nunc, actionis, & peccati (quam velle præ sua bonitate nequit) existentiam ita negotiatur, ac committit cuique, ex à se volendis, & sine quibus actio praua esse absolute nequit, scientia præsupposita, d. 2. à nobis examinanda, & definenda. Primo creatam voluntatem, seu creaturam rationalem, cui (me iudice) necessarium voluntatem identificatam condit: Deinde duplici cogitatione altera impellente in actionem prauam ob bonum aliquod delectabile, quod menti, seu voluntati representat, altera retrahente ab illa ob oppositionem eius actionis legi, & dictamini rationis, non abique voluntate Dei conditis: item offensus, siue offensio Dei, & suppliciorum ob eiusmodi actionem incurrendorum, vel omnia, vel pleraque, cogitatio ab actione praua retrahens representat etiam voluntati.

7. Et quidem his à Deo positis potentia creatæ absolute talis in actu primo ad actionem prauam, cuius omissionem physice indifferens absolute constituitur, tamen altera ex his cogitationibus sufficiens solum, neque habitura effectum sit, id enim potestatem antecedentem absolutam ad vtrumuis voluntatis creatæ aufert, sed consequentem solum, vt sepe notauimus à Deo vno docuimus, & controuers. 7. & 8. dicimus. Vnde ex qua scientia cogitatio sufficiens ab actione retrahente praua donetur à Deo ex instituto docemus. In hac vero sufficiens donatio solum, ni alterius efficacis negatio adfit (quod ex parte adhuc cogitationum est) peccati permissio adequatè non est. Si enim simul cogitatio alia efficax, seu effectum habitura doceatur ad prauam impediretur, atque absolute non esse: quare tunc sufficiens donatio ad peccati permissionem ex parte cogitationum attinet, quatenus libertatem voluntatis ex parte actus primi constituit, quæ sublata actio praua illa, & peccatum minuitur foret, aut cogitationum alterius efficacis, habituraque effectum denegatio permissionem actionis prauæ seu peccati, quatenus ex parte cogitationum est, facit, & completiue constituit. Tunc hoc numero permissionem peccati, quatenus ex parte cogitationum est, solummodo explicui, atque illud adæquatam, & completam ea solum ex parte constitutionem: ad eius quippe omni ex parte absolutam complementum, & constitutionem, aliud quoddam subiectum vltius desideratur, nempe concurrendi decretum præfatis omnibus natura posterius, quare, & vltimo loco explicandum.

8. Itaque absoluta potestate voluntatis ad vtrumuis, seu libertate ipsius in actu primo per voluntatis existentiam, & vtriusque cogitationis assistentiam absolutas, vt explicuimus, constituta, ad actionem prauam existentiam in actu secundo, immò, & potestatem prorsus absolutam voluntatis nostræ aliquid vltius proprium Dei scilicet decretum concurrendi cum ipsa, in cuius natura, & conditione tom. 1. de Deo vno ad hæreticis tatem, & nauicam oblonga controuers. 3. cum hæreticis præfatis, & immediatè antecedentis sæculi, cum Dominicanis Thomistis, & aliquot ex nostris, præsertim recentibus disputatum est dicitur. vlt. ac statum quo 2. decretum

CERTAMEN IV.

Auerrois difficultati, & Catholicorum curiositati sit satis.

1. **A**uerrois pro suo errore negante circa actiones prauas specialem prouidentiam argumentum erat: quia omnino perfecti, sapientis, boni, potentisque prouisoris est omnia mala arcere, & impedire in rebus prouis: atqui prauæ actiones mala sunt, atque non arcentur à Deo, qui rerum, quas prouidet non, nisi omnino perfectus, sapiens, bonus, ac potens admitti debet: ergo Deus actionum prauarum prouidentiam non habet, nec prouisor est. Huius tantum difficultatis solutio ad rei huius conclusionem expectatur, dudumque, à pijs Catholicis etiam, desiderata est, ac prouide à Patribus adhibita: distigue igitur maiorem: arcere, & impedire mala que idem ipse nescit, & nequit vertere, seu conuertere in maiora bona ex malis ipsis elicienda facere: quæ scit, & potest ipse in maiora bona ex eis oriunda conuertere, nego: Similiter distigue minorem: prauæ actiones mala sunt, quæ Deus permittens sit, & potest vertere in maius bonum, concedo minorem; nec scit, nec potest in id conuertere nego minorem: & nego consequentiam. Hanc solutionem tradunt Patres frequentissime, præsertim Augustinus, cuius vulgatissima, & celeberrima sententia est ex cap. 100. Enchiridij: Deum non esse permittentem ut fierent mala, nisi ex malis ipse posset facere bene. Hugonij item Victorini 1. de Sacram. fidei p. 4. c. 2. sub init. dicens. Non debet in compensatione minoris boni impediri quod maius est bonum, ab illo qui optimus est. Quare solum restat maiora bona, sintque ex peccati occasione à Deo colligantur, ad solutionis firmitatem ostendendam recensere.

2. Et primo quidem Patres actiones prauas, & peccata secundum se etiam spectata pulchritudini perfectionisque maiori vniuersi inscribere docent: id sæpe Augustinus cap. 10. & 11. Enchirid. Ex omnibus, inquit, consistit vniuersus admirabilis pulchritudo, in qua etiam illud, quod malum dicitur, bene ordinatum, & suo loco positum, eminentius commendat bona, ut magis placeant, & laudabiliora sint, dum comparantur malis. Nec enim Deus omnipotens (quod etiam infideles fatentur: rerum cui summa potestas). Cum summe bonus sit illo modo fineret mali esse aliquid in operibus suis, nisi usque à Deo esset omnipotens, & bonus ut bene faceret etiam de malis, & cap. 27. Melius enim indicauit de malis bona facere, quam mala nulla esse permittere, cap. 96. Quamvis enim ea, quæ mala sunt, in quantum mala sunt, non sine bona: tamen, ut non solum bona, sed etiam sint, & mala, bonum est. Nam, nisi esset hoc bonum, ut essent & mala, nullo modo sineverunt ab omnipotente bono. Quod & primum testimonium ad rem hanc expendant Scholastici cum Magistro in 1. d. 46. cap. quod vero, & cap. quid enim eidem doctrinæ insitit (nimirum ex deterioribus, & perfectionibus, bonisque, & malis maius intensius bonum, maiorenque absolute perfectionem vniuersi, & extensius minorem, quam si bonis solum, & totum constaret) & exemplis appositissimis confirmat lib. 3. de lib. arbitrio cap. 5. post init. monet: ne, quia anima sine peccato melior secundum se sit, quam cum illo, inferatur, sine peccato fieri debuisset: & subdit. Non est autem vera ratio, sed inuidia infirmitas: cum aliquid melius faciendum fuisse cogitaueris, iam nihil aliud velle fieri: cuiusquam, si per seculo celo, nolles terram factam unquam omnino.

3. Statim verò plurimis, vtilitatibus ex corporibus deterioris naturæ, ac subinde minoris bonitatis, & perfectionis, quam calum, vniuerso obuenientibus, sic discurrentes confutat: atque inferius alio exemplo suam doctrinam sic illustrat. In eo plerique homines errant: quia, meliora cum mente conspexerint, non in sedibus congruis ea oculis quarunt: velut, si quis quam

non hoc esse, quod indifferens, siue indifferenter concurrendi ad verum, nostri vocant: sed ita intelligendum, ut illo Deus solum velit suam omnipotentiam applicare creatæ voluntati, ut ea ad operandum, non secus atque habita supernaturali indito pro libito ad quamlibet liberam operationem, adhuc honestam, quin concursum adhuc disunctum ad alterutrum velit ut docebamur citata questione secunda, certamine secundo, numero quinto, & maxime 7. Ad prauam autem concursum suum actioni non posse æquidistantem adhuc disunctum Deum velle non posse æquidistantem: etenim cum eiusmodi voluntas Dei de concurrente, & actiua sit, nec præcisa subinde ex parte operationis, nequiret non in actionem prauam; hic, & nunc, & peccatum disunctum ferri iuxta dicta controuersia illa 3. d. 2. questione 3. certamine 4. à numero 6. quod absurdissimum esse ostenditur ex dictis hoc tom. controuersia de voluntate d. 6. questione 3. Decretum autem hoc esse præcise reliquis natura posterius, & vltimum subinde permissionis peccati complementum constat: quia decretum concurrenti cum causis creatis modo earum cuius accommodo, earum exigentiam absolutam expectat, & supponit: quæ, nisi causa ipsa potentia creatæ, vel necessaria, vel libera adæquata in genere causæ creatæ in actu primo proximo constituta, absolute esse nequit. Ex quibus omnibus constat, quot, quantaque Deus ex sua boni vltioris peccati permissione obtinendi circa peccati existentiam, absque vlla erga prauam actionem, & peccatum voluntate, & affectu negotietur, cum prauam hic & nunc actionem, & peccatum permittit: ac prouide prauarum etiam actionum, non solum postquam factæ sunt, & præuidentur, sed & pro priori naturæ ad earum existentiam, & antequam sint, & præuidentur prouidentiam habere.

4. Dixi autem numero 6. plerisque nostri Ruiz solidas, & subtiles, non autem dixi omnes: quia sectione 6. m. m. concl. 1. ait: Deum, cum ex præfata intentione, & prouidentia erga prauam, hic, & nunc, actionem, & peccatum suum offert concursum voluntati non expectantem, sed postit ut intendere totam actionem prauam, quæ ratione actio creatæ & ens creatum est, ratione cuius à Deo est dependens, eiusque indiget concursu, quod in prædicato actionis prauæ etiam specifico, & contratio diuinæ legi repetitur fatetur num. 3. conclus. vero 1. numero quinto ait: Deum, cum vult concurrere ad prauam actionem non velle specificam actionem prauæ rationi, & legi contrariam; sed ab hac abstrahere, est in ea etiam transcendentem rationem entis, & actionis ab eaque in præcindibilem velic. Hæc quidem sensu, antimoque Catholico dixit nescio tamen an satis aduertens voluntatem illam concursus actionem esse: ac prouide impræcisiuum formalitatem in actione praua identificatam, ut dicebamur numero 8. verus finem, æque, atque concursus ipse impræcisiuus est. Secundo, cum rationem entis, & actionis transcendente, atque, metaphysicè adhuc, impræcindibilem decet à formalitate actionis prauæ specifica legi, & rationi contraria, ferri in illam quin in hanc diuinam voluntatem impræcindibile, & inintelligibile est. Sed Catholica intentio & animus Doctoris tanti liberius à difficultatibus respondisset, iuxta dicta à nobis num. 8. voluntatem diuinam ad concurrendum cum causis liberis applicationem suam suæ omnipotentia, cuius vltimum pro libito causæ liberæ prorsus permittit: nec vltimus concursus ipsam suam creatæ causæ actioni identificatam adhuc disunctum pro obiecto habere: maxime cum actio, hic, & nunc, praua alterum extremum est. Duas autem huius conclusionis rationes in cert. 5. referuo, ubi opportunius pro solutione argumenti Auerrois ponendæ sunt, ne ibi repetantur.

quam perfectam rotunditatem ratione comprehendens *flomachetur*, quod talem in nuce non inueniat. Quod ipsum & aliis exemplis illustrare prosequitur. Sed praclarior adhuc in eandem sententiam scripsit 11. de Genes. ad litt. capite enim 7. init. & med. admittit: meliorem esse naturam quae peccare nollit: eos autem, qui inde talem, & non aliam esse à Deo faciendam concluderent, ita stulticia arguit cap. 8. sub init. Cum aquare volumus genera bonorum, numerum minuunt, & immoderate augendo unum genus, alterum tollunt. Quis autem hos audiret, si dicerent: quoniam excellentior sensus est videndi, quam audiendi: quatuor oculi essent, & aures non essent: ita si excellentior est creatura rationalis, quae Deo subditur, &c. quis recte intelligens dicat, talis esset ista, qualis illa: nec videret, se nihil aliud dicere, quam non esset ista, sed sola esset illa? Repetit cap. 10. & consonat cap. 14. contra aduersar. legis & Prophetar. & de natura Boni cap. 32. 33. & 37. & 41. & 42. & 53. ex lib. octoginta trium, & 11. de Ciuit. cap. 18. init. malos futuros à Deo creandos non esse. Nisi pariter nosset, quibus eos bonorum visibus commendaret: atque ita ordinem saeculorum (vniuersi) anquam pulcherrimum carmen: etiam ex quibusdam quasi anthemibus honestaret: aliis statim exemplis illustrat ibi; vnde, & alterum recitabimus num. sequenti.

4. Id ipsum & rationibus, & exemplis aliis confirmat cap. 22. ex quibus illud nequaquam omittendum, quod ex supercilio desumpsit, quod si radatur, inquit, quam prope modum nihil corpori, & quam multum detrahatur pulchritudini: Hanc ipsam & doctrinam, & solutionem exhibet ex Augustino Hugo Victorin. 1. de Sacram. fidei p. 4. vbi à cap. 17. ad 33. ostendit vniuersi, quam parit, bonum, ac proinde illius bonum maius curandum, etiam neglecto, & promisso partis malo: cui doctrinae & rationi insitit in summa tract. 1. c. 13. et si utrobique durius loquatur dum ex maioris boni vniuersi amore, & intentione peccata Deum velle dicit. Sed tamen de permissa voluntate loquitur, ut constat ex cap. cit. 23. sub init. vbi discursum concludit. & citato cap. 13. Summa eandem rationem dicitur ex Augustino Anselm. col. 4. Elucidarij, vbi Angelos malos futuros, nec tales fore, si crearentur, à Deo ignoratos creatos responderet: propter ornatum sui operis: ut enim (subdit exemplo luculentissimo) pictor nigrum colorem subternit, ut albus, vel rubens pretiosior sit: sic collatione malorum iusti clariiores sunt, Claudat discursum & solutionem hanc qui cum indagabit, & perficit Augustinus 11. de ciuit. cap. 18. citato non longe post recitata verba exemplo alio, & scriptura confirmans: Sicut ergo (ait) ita contraria contrariis opposita sermonis pulchritudinem reddunt: ita quadam, non verborum, sed rerum eloquentia contrariorum oppositione saeculi pulchritudo componitur: apertissime hoc positum est in lib. Ecclesiastico (nempe c. 33.) contra malum bonum est, & contra mortem vita: sic & contra virum iustum peccator: & sic inhere in omnia opera Altissimi, duo, & duo, & unum contra unum. Quod enim à summo artifice Deo regulariter, & quasi statuta lege factum vbiuis, atque in omnigeno opere suo semper videmus: id vel maxime ad operis totius perfectionem maiorem spectare euidenter demonstrat: idcirco ad diuinæ Prouidentiae laudem elegans, & copiosus, rerum cum in Physicis, tum in moralibus innumeras contrarietates recenset Clemens Roman. 8. Recognit. quatuor ante finem paginis.

5. Doctrinae huic de maiore vniuersi seu rationalis Reipublicae perfectione ex virtutibus, & vitiis, siue malis, bonisque moralibus quam ex solis bonis constantis, (cui data ex Patribus solutio argumenti, quod versamus innititur) consentiunt Scholastici. Sancti Thom. 1. p. quaest. 22. art. 2. ad 1. quaest. 48. artic. 2. ad 3. quaest. 49. art. 2. corp. & 3. contra gent. cap. 7. maxime numero 3. quaest. 3. de potentia art. 6. ad 4. & in 1. d. 44. art. 2. ad 5. Alex. 1. p. quaest. 38. m. 1. initio, & art. 1. quaest. 40. m. 3. Albert. 1. p. quaest. 27. de malo m. 5. ad 1. q. 67. m. 1. col. 2. & in 1. d. 44. apud Carthul. infra Sancti Bonauent. in 1. d. 46. art. 1. q. 6. corp. Richard. similibus locis Carthul. cum Aegidio & aliisque 3. Caiet. ad quaest. 22. & art. citatum ex prima parte ad 2. vbi expositores alij. Eandem conclusionem tenent. Marfil. d. 46. citata art. 1. & Ferrara

loco citato contra gentes licet vocibus ab Augustino discors doceat cum peccatis mundum exorsus peccatiorem, & meliorem, sed interius meliorem sine illa fore. Et demum eam luculentissime docuit nosset citatus totis sectionibus 3. 4. & 5. Ceterum Durandus in 1. d. 46. quaest. 2. sub finem, Valquez 1. part. quaest. art. 2. §. 2. & d. 107. cap. 3. circa med. (quos Recentiores plures sectantur) docent mundum minus perfectum esse cum prauis actionibus, & peccatis, quam sine illis, videtur docuisse Sancti Thom. in 1. d. 46. quaest. 1. artic. ad 6. dicens: Quodam mala sunt, quae si non essent vniuersum perfectius esset: illa, scilicet, quibus maiore perfectione priuantur, quam in alio adquiruntur: hoc praecipue est in malis culpae, quae ab uno priuantur gratiam, & gloriam, & alteri conferunt bonum compactionis, vel aliquam rationem perfectionis: quia etiam non habent, posset perfectio vltima haberi: sicut sine patientia actus in persecutionibus illis potest aliquis ad vitam aeternam peruenire. Vnde, si nullus homo peccasset, vniuersum minus humanum melius foret. Sed cum tot locis aliter tractum conclusionem, & doctrinam defendat, nihil et hoc testimonio, ut sonat, habetur, nisi Doctoris sancti hac in re varietas, & mutatio sententiae, ut bene Ruiz sect. 5. num. 1. qui cum explicat de hominibus communi prouidentiae relictis, ac sponte propria non peccantibus, quod nequaquam fieret, si omnes gentes, & vniuersi meliores essent: fed certe non loquitur de bonitate hominum radicali, & secundum se sumptum, ut ex solutio sumit, sed vt actuali bono, & malo morali subsunt omnes. Quare pro Sancti Thomae in operando constantia aestimo vniuersum, siue omnes homines distinctiue hic à Sancti Thomae sumi, non collectivè, vt prae actu vniuersum, & coniunctum componentes sunt: comparat enim perfectionem vniuersi respectu peccati, & malis alterius, vnde prouenit: quod est persona, & individuali ad indiuiduum, non ad omnium collectionem, & coniunctum, quod vniuersum coniunctum & Reipublica rationalis est.

6. Sed certe contra hanc Patrum doctrinam & solutionem extant nonnulla à ratione difficilia. Primum S. Thom. tactum proxime, atque à Durando expulsum: quia bonitas comparationis maior quae acquiritur comparatione deterioris, solum est quodam apparentiam commendationem extrinsecce exaltationis, quae magis concipitur boni ad mali adiectum, non ita clare dignoscitur. Ego ex adiunctione mali, nequit in se bonitas vniuersi, quae in bonis remanet crescere: imò tota eius bonitas coniunctum maior esset, si pars altera, quae malorum effectum esset: neque enim malum, quae tale, potest bonum, siue intensiue, siue extensiue consistere. Respondetur, iuxta Patrum rationem datam praecise. Negabit bonitatem maiorem comparatiue esse solum, quod apparentiam, sed re ipsa maiorem esse. Quia, etiam comparatio vniuersi partim ex bonis partim ex malis constituitur, cum vniuerso totidem bonis omnino constituto in quo extremo plures procul dubio partes bonitatis sunt, ac proinde & coniunctum ex totidem bonis plus bonitatis habens sit: tamen ea maior bonitas vniuersi ex partibus bonis constituitur, quam sit in alio totidem partibus malis, & bonis ad medietatem constituto, extensiue, & homogenei vt sic loquar, corporis instar maior bonitas est non intensiue & heterogenea, & corporis artefacti: ad cuius artificium, & intrinsecam pulchritudinem, ac perfectionem partium dissimilitudo, & perfectior, & vniuersa entitatis earum inaequalitas requiritur, vnde pars artefacti alia robusta, alia debilius, alia item clarior, alia depressior in idem artefactum conueniunt, ut Patrum exemplis calcitrant manae fabricae, picture, poematis, solutaeque orationis, quam, vocalis picture ad instar, elatam aliquando, aliam quando demissam (non extra rem nostram) nec tempore quemadmodum, inquit, in picturis nulla res magis quam umbra commendat, ita orationum summorum docet.

7. Cogita ergo, Deum non potentia solum, sed arte etiam summa, & materiale hoc, & morale, seu spirituale

spirituale vniuersum architectari voluisse, vt vere voluit: an celo solo, & luce illum ex arte oppleret, aëre, terra, aqua, & igne, & cæteris relictis: potentiam quidem suam exerceret, artem vero nullam: ita etiam, si sanctos solos in morali, & spirituali mundo, peccatis omnibus impeditis, constitueret, gratia, potentiaque suæ multum poneret, artis vero parum: neutrumque vniuersum pulcherrimum artefactum esset: tametsi opus lucidissimum foret. Nec in Republica alterius seculi, ea maiorem in inferno, & sanctorum in celo fortis, & conditionis inaequalitas, & dissimilitudo deficiet: vt ea vtrorumque cum meritis, ac demeritis concordia discordi artefactum illud etiam Dei digna tanto artifice pulchritudine perennet: ex qua forte tanta in damnis etiam pulchritudo, vt quatenus artefactum quod digno supplicio constituitur, cum Beatorum splendore deceret: iuxta id Psalm. 47. *sicut oues* (Beatorum symbolus) *in inferno positi sunt*. Omnis ad maiorem perfectionem vniuersi excessum bonitatis maioris plurimum excellentissimarum virtutum expendere, quæ absolute non, nisi occasione permixti peccati exerceri possent: vt penitentia, patientia iniquitatum, & immanium persecutionum, martyrium, ac feruens in impijs Zelus, quæ saltem non in ea intentione, nisi occasione, peccati, haberentur, vt feruor charitatis, & Religiosis, qua se martyres Dei cultui, & amoris vicissim offerunt, & deuotum. Ea tandem merita omnia Christi non, nisi occasione peccati obuenturi, vt Patres expresse docent, quæ sola vniuersi presentis amplioris ex parte iustis constantis bonitatem, etiam extensiuè immitte antecellunt: in enumeratis vero etiam aliis præter multam extensiuam bonitatem intensiuam etiam pulchritudinis artefacti huius ex malis bonisque confecti præ alio solis bonis constanti mixtione elucet: cum tot virtutum perfectissimarum speciebus, quæ in illo alio esse non possunt, & perfectionibus earum, quæ de facto non essent: etiam absolute possent, mundus hic splendet: & tamen consulto omisi, quævis solutio & doctrina datæ adeo optulerent, atque interim à Patribus ad presentem doctrinam, & solutionem tangantur: vt solutionem Patrum, nullo alio excessu bonitatis occasione peccati habita attempto, respondentium, cuiusque energiam, & soliditatem explicarem, & ostenderem: quæ in parte mundi aquæ iustorum ac essent iusti omnes mundi alterius vim etiam habet, nec aduersationum argumentis cedit: quæ, nisi ex ea suppositione speciem adhuc difficultatis non habent. Propterea fere reliqua omnia præmittito: quia doctrina data Patrum, ac dilucide explicata anticipatam solutionem posuit.

8. Tria solum restant contra præfatam doctrinam. Primum ab aliis oppositum ex Dionys. cap. 4. de diuinis nominibus, ubi ex Hierothei suæque mentis vt abstergeret inferi, quod malum erit ad omnes, id est ad vniuersam perfectionem spectabit, si aliqua ratione bonum esse admittatur, vt intelligit S. Thom. 1. p. quæst. 19. art. 9. ad 2. absurdum autem longè admittitur illud esse ad maiorem vniuersi perfectionem: inferretur item, & per se aliqua ratione, nec solum per accidens bonum esse peccatum contra Patres, & Scholasticos omnes, vade, & peccatum, vt vniuersum hoc constituens, nec solum bonum, sed melius reddens, amabile à Deo esset: amabile enim natura sua, & magis amabile est, quo non solum bonum sed melius est: quia ratione actus adeo videtur Hugo victorinus, vt velle peccata Deum videtur admisisse locis citatis n. 3. His autem omnibus eadem doctrina facile respondetur ex eodem capite Dionysii de sumptis. Malum scilicet secundum se, & intrinsecum naturæ suæ, nec bonum esse, nec esse adhuc diuinitus posset: ac de eo sic sumptis, & bono admisso, recte inferri illud quod videtur absurdum Hierot. & Dion. reiciunt. Inde verò recte etiam inferretur non esse solum per accidens bonum, ac proinde, & à Deo esse amabile & magis amabile quam bonum solum ergo amabile & bonum extrinsecus est, quatenus extrinsecus ordinabile, & ordinatum est, quod natura sua inordinatum, & deordinatio ipsa est: atque eo loco positum, quo artefactum pulcherrimum constituitur, quod ex voluntate permissa Dei, & prouidentia eius, per accidens extrinsecus, & contra suam naturam habet.

Christoph. de Ortega, de Deo vno. Tomus II.

sub eaque ratione, & bonum, & melius & amabilius etiam à Deo constituitur: sed nihil amplius id est, quam Dei ordinationem, permissionem, & prouidentiam, qua aptis locis actiones prauæ, & mala collocantur, & amæ, bonas & meliores, & magis amabiles à Deo esse: quod Dionysius sub eius capitis finem enixè, & efficaciter probat. Inde etiam constat nulli creaturæ licere peccati alterius creaturæ permissionem quod sine sui rationabilis incommodi, iurisque iactura potest impedire: quia nec vniuersi artifex est, nec, si in rempublicam potestatem habet, aliter habet, quam vt peccata impediatur, nec permittat, et si ex eis maiora bona oriunda cognoscat: sed solum ea permittat quandoque ad maiora peccata vitanda, vt prostribula in ciuitatibus aliquando à Principe, & potestate publica permittuntur.

CERTAMEN V.

Eidem Auerrois difficultati, aliter atque aliter fit satis.

1. Hucusque communem Patrum solutionem rigide, & dilucide explicatam, vt par erat vindicauimus non quia solutiones aliarum eius difficultatis nobis non suppetere; sed quia vt rei difficultas illam ad sui enerationem non exigit, nostra tamen & solita in Patres eorumque doctrinam obseruantia id exigebat, & quamvis ita quandoque Patres loquantur, vt videantur asserere Deum bonum ac melius de malis peccatorum facere sciret, ac posset, nusquam peccata permittitur: quare, & hanc esse vicem eius difficultatis solutionem; ita vero non natura rei solummodo attentata loquuntur, sed difficultate, vt à proponantibus, vel dubitantibus proponebatur inspecta: quod nimirum malum, seu peccatum in vniuerso permitti à Deo non debuerit, nisi maius aliquid boni ea permissione lucraretur: id quod de eo dubitantes non videbant (quo scilicet modo ex deterioris permissione perfectio, & pulchritudo vniuersi augeretur) ostenderunt eis Patres solutione præfata: non negantes aliunde absque Dei indecentia saluari optime posse peccati permissionem; immo plerisque testimoniis significantes satis.

2. Constat ex Augustino eius doctrinæ auctore, & illustratore, & qui cap. 96. & 100. enchiridij, & aliis locis citatis certam. 4. num. 3. versus finem statuere videtur Deum non permittitur mala, nisi de ea sciret, & poss. facere bene. Nam 3. de lib. arbit. cap. 7. ubi cauendum ait, ne ex eo quod melius aliquid fore videamus inferamus in Deo debitum faciendi, quod melius fore videmus, id quod improbat verbis recitatis certam. 4. numer. 2. sine, atque iterum 11. de Genes. ad litt. cap. 8. recitatus num. 3. circa med. Tenet autem illatio, si Deus id quod melius esset vniuerso facere deberet, ergo ex natura rei ad id non tenetur, sed clarius hanc suam mentem explicuit 1. contra aduersar. leg. & Prophet. cap. 14. post med. dicens: quibus autem videtur sic hominem fieri debuisse, vt peccare nollet, non eis displicet, sic esse factum, ut non possent peccare, si nollet. Nunquid enim si melior esset, qui non posset peccare, idem non bene factus est, qui posset & non peccare: fuisse autem non bene, sed male factus, si melius obiectiue, & ex obiectis faciendis facere debuisset Deus. Aut verò usque adeo despicendum est, ut homo videatur melius aliquid fieri debuisse, & hoc Deum vidisse non putet, aut putet vidisse, & credat facere noluisse, aut voluisse quidem, sed minime potuisse? Auerat hoc Deus à cordibus piorum. Id quod confirmatur iis omnibus, quibus, & auctoritate, & ratione Deum necessitatum non esse ad optimam faciendum, adhuc ex suppositione, quod facturus aliquid sit: quod mutuo, & his testimoniis, quæ asserti pro opposito solent, confirmatur.

3. Ex hac doctrina duæ aliarum solutionum argumenti propositi se facile produunt. Prima ex parte Dei, cuiusque supremo dominio, & potestate erga creaturas omnes, etiam faciendas, vel non faciendas,

Gg vc


ut eas facere, vel non facere possit, sine reque, ut fiant, vel impedire: quare & eo iure domino, & potestate sua suprema nullo operis, aut vniuersi commodo maiori, immo absolute nullo, attentio potest sapientissime honestissimeque malas generis etiam morales, siue actiones prauas, & peccata permittere pro libito, vel impedire; tamen non melius sensu illo, sed longe peius mundus haberet. Probatur: quia vel peccata permittere nequit, vel secus; si secus habetur intentum; si nequit: ergo actiones prauae eius domino, & potestati liberae ut fiat vel non sint in rebus non subiacent, sed ex necessaria omnino Dei voluntate impediuntur, ac non erunt; unde neque erga voluntatem suam non permissuam, sed impedituam peccati libertatem, & potestatem indifferenter voluntatis in actu primo habebit. Unde nec physicum actionis, hic, & nunc, prauae à Deo erit: cum Deus, permissuam adhuc potestatem, ut sit hic, & nunc, ea actio minime habeat.

4. Ex quo inferitur, è duobus aequè falsis, & absurdis, vnum: vel actiones prauas, hic, & nunc, neque esse defacto, contra infaultam generis nostri, plusquam quotidianam, & frequentiore, experientiam: immo neque esse vnquam posse, vel totum reale actionis hic & nunc prauae à nobis adaequatae & totalitate causae pendere, quin Deo in eis eliciendis, & operandis subdamur, subdiue possimus: quocumque enim modo in eis eliciendis subditi Dei potentiae, & voluntati posse defendas, permitti actiones, hic, & nunc, prauas posse ac defacto permitti contra tuam doctrinam admittes. Nisi enim fatearis totam actionem nostram, hic, & nunc, prauam nulla à Deo eiusque potestate, & voluntate, dependentia adhuc permissuam à nobis totalitate causae esse: eius omnipotentiam, & vim ad extra actiuam nobis applicari nostraeque determinationi ad eius actionis eliciendam subditi ex Dei voluntate libera debes fateri: atqui haec ipsa est voluntas permissuam actionis, hic, & nunc prauae, vel illam completiue constituens: ergo non potes negare voluntatem permissuam Dei erga prauam, hic, & nunc, actionem nostram, quin asseras nos eiusmodi actionem omnino independentem à Deo, eiusque omnipotentia, & voluntate, adhuc permissuam, totalitate causae producere.

5. Iam verò si è Dei voluntate permissuam actiones nostrae pendeant, nec liber Deus in eis impediendis, vel permittendis pro sua potestate, & dominio sit in primis Dominica illa oratio, *Et ne nos inducas in tentationem*: id est prauae agere non permittas, stolidi duplici titulo erit. Primo quia nec permittere, nec aliquid omnino circa eius existentiam, vel non existentiam negotiari Deus potest: cum id totum penes nos solos sit: Tum, quia libere agere erga alterutrum non potest: stolidum autem est ab aliquo petere, quod non potest immo & quod non praestare non potest: ut de se patet. Secundò omnis pia, imò & prudens gratiarum actio Deo pro non admissis peccatis, & quod tentationibus non succubuerimus à republica rationali prorsus eliminatur ob eandem rationem: quod id, neque à Deo libere habuerimus, nec omnino habuerimus; quae tamen fidei dogmatibus aduerferentur, rationis etiam naturalis lumini, & instinctui contrariantur, ex quo gentes omnes, quae aliquam Deitatem cognouerunt, Deos quosque suos, ut recte operarentur, atque à turpibus, quas aestimabant, actionibus liberarentur orabant, ab eisque liberati gratias agebant. Denique omnis necessitas gratiae Dei ad superandas grauissimas qualque tentationes, & conlectaria alia fidei dogmata eueruntur iuxta hanc doctrinam. Maior argumenti Auerrois iuxta hanc doctrinam distinguenda ad formam solutionis erit, concedenda de prouidente, qui ex dominio non prorsus independenti, & absoluto rerum, quibus prouidet, neganda vero de Deo, qui ex tali dominio prouidet, uti prouidere Deum creatis cunctis demonstrauimus.

6. Denique si peccata à Deo permitti connaturalioris prouidentiae, & dispositionis Dei, cum ex parte sui, tum ex parte rationali creaturae liberae, cui prouidet, esset, confirmatio in gratia à Deo paucorum non esset, cum quae connaturalioris prouidentiae sunt, non pauca, & rara sint, sed frequentissima, ac fere omnium: Secundò non esset adeò excellens adhuc in supernaturali prouidentia priuilegium, & eximium, ut Patres

omnes, in B. V. MARIÆ. & Apostolis predicant, & extollunt: cum id prius naturalis prouidentiae, non dum ordinariae supernaturalis foret. Tercio valguè ratio quum hominum, qui peccare saepe mortaliter, venialiter quotidie omnes & singuli inclinantur: scilicet apparentem, nec ratione vacuam haberent quantalibet quod extra naturalem sui prouidentiam extrahatur, ut peccent. Unde quarto inuidia & malignitatis morum dissimile Deus excuteret, sicuti & volens & auctoris actionem hic & nunc prauam, & peccatum, ac insuper auctoris peccati. Siquidem à connaturali prouidentia hominem extrahere debet peccatum propriamque infirmitatem & prouidentia extraordinaria fibique relemata, & quasi sequestrata dispositione vitetur ut peccatum existeret: iam si connaturaliter prouidentia erga rationales, ac liberas creaturas sit, posse, & defacto quandoque permittere peccatum facile argumento Auerrois satisfiet: concedenda enim est maior in praestare, à cuius prouidentia, & voluntate libera operatur, eiusque operatio prouidentia est, atque operatio ipsa essentialiter non pendet, & circa rem cui conaturalius posse permittere, & permittere quandoque malum non sit: neganda vero de prouidente quilibet Deus est, à quo essentia sua, & operans libere, eiusque libera operatio dependet, & circa rem, cui malum permissio connaturalior est, cuius prouidentia permittit malorum etiam moralium connaturalitatem maiorem in mundi, & visibilis, & spiritualis fabrica à Deo intentus maxime inscruit: expressusque est Ecclesi. 3. *Non possumus eis quidquam addere, vel auferre, quae sint Deus, ut timeatur.* Huius timoris potentissimum motum sumi ex creatis, & humanis mali, permissio peccati experimento cogita est: quare, & modum ad eam finem efficacissimum ac subinde connaturalissimum, ut idcirco sapienter ad eum locum tono primo Balth. dixerit: *Sciendum est haec, quae videntur esse voluti symbola spiritualium rerum, quare si hanc fidem ob quem facta sunt (etiam mala) omni prorsus carere defectu.*



QVÆSTIO IV.

An Dei prouidentia circa omnia omnino, & singula creata versetur.

Stensa iam, & expedita Dei prouidentia erga rationales creaturas liberas, earumque liberas actiones, etiam prauas, in quibus speciales occurrerent difficultates: de reliquis omnibus, in quibus eadem, & communis est ratio, & difficultas prouidentiae est disputare. Metu, cum specialis difficultatis quae in malis, & physice defectuosius creaturis, & monstruosis effectibus apparet, in simili de actionibus moraliter prauis, & monstruosis praeuentis proxime solutio.

CERTAMEN I.

Philosophorum errores, & affirmant sententia aliorum auctoritate, & dogmatica ex scriptura, & Patribus probatur.

1. Prouidentiam Dei erga singula, & omnia creata negauit saepe Aristoteles illam naturae solutribuens locis datis quaestione 2. certam. 1. numero 2.

Sed ætiam Aristotelem eis locis solum negare, vel singularium, quæ talium, non autem specierum, siue eorum secundum specificam prædicatam, quæ continent, & horum prædicatorum ratione, & titulo omnia etiam indiuidua: quemadmodum S. Thad omnia indiuidua secundum prædicatam entis concurrere Deum dixit (ex quo & alij sic loquuntur) nequaquam indiuiduationem à concursu Dei implicatorie excludens (vt male intelligunt aliquot Thomistæ crassiores) sed titulum concursus ad indiuiduum totum indiuiduum ostendens: & idem S. Doctor etiam docet productione indiuidui succedens loco corrupti specierum semel in mundo productarum perpetuati prædicatam Deum, quia eorum singularium prouidentiam obinde negat. Rursus citari pro hoc errore Aristoteles potest eo fundamento, quo futurorum contingentium, & vtilissimarum rerum scientiam (siue qua prouidentia esse nequit) negasse dicitur: quod non satis solidum fundamentum est, vt explicatione mentis Aristotelis vidimus tom. 1. de Deo vno contr. 2. d. 3. (vbi de scientia Dei erga creaturas) satis constat.

1. In eandem errorem ite vult Clemens Alexand. 1. Stromat. post med. vbi inter errores Philosophorum in scripturam incidentium, nec intelligentium, hinc recenset. *Aristotelem autem venit in mentem esse ad lucem adducere prouidentiam, ex hoc Psalmi. Domine in celo misericordia tua, & veritas tua usque ad nubes. Quod, & ipsi tribunt Ambrosio. 1. Offic. cap. 13. circa med. Ethicor. 1. Nazian. orat. 33. 1. de Theolog. nam. 34. & orat. 5. de Theologia Nicetas in eius orat. 10. de pauperum amore ad verba, quin porins Epiphani. hæret. victim. Theodoret. 6. Græcanicar. affect. & in epistole diuini. decret. cap. de Prouid. Eusebius de præparat. Euang. lib. 15. cap. 4. Dazianus orat. ad Græcos, Licetius in vita Aristot. Auer. 12. Metaph. comm. 50. Rabbi Moyles lib. 3. cap. 18. & August. 5. de Genes. ad lit. cap. 1. ætiam autem illum circa obiecta diuinæ prouidentie non errasse, sed circa modum meditationis, vel immediationis, maxime, si eius certo sit, liber de mundo ad Alexandrum, vbi ait: maxime decere Deum omnia, etiam minima gubernare, & illis prouidere, quod ipsum de Platone censo: nam & sublimitas, tertium æquum, & corruptibilia, nec solum cælum, & Angelos, vt aliqui putant, diuinæ prouidentie subieci in Timæo, seu libro de natura post initium & versus med. & dialogo 10. de legib. post med. ait. *Offices quanto penitiores sunt, tanto arte vna in propriis ipsorum operibus & paria simul, & magna exquisitis absolutiusque perficiunt. Deus vero, qui sapientissimus est, & curare potest, ac vult, parua, quæ facilius gubernari possunt, propter pueritiam, & ignauiam negliget? nullo modo. In modo ergo creatis aliquibus prouidendi solum Plato de prouidentia Dei forte errauit, de quo quæsit.**

3. Sed erroris huius contra diuinæ prouidentie vniuersitatem arguitur. Hieronymus in 1. Abacuc ad id, *mundi sunt cœli tui ne videant malum*, vbi ait. *Abstrusum est ad hoc de ducere Dei maiestatem, ut sciat per momenta singula, quot nascentur calices, quotue moriantur: tunicum, pulicem, & muscarum, quæ sit in terra multitudo, quanti pisces in aqua nati, & qui de minoribus maiorum procedere debeant. Nec satis est, quod aliqui contra contextum respondent, negari à Hieronymo rerum earum abiectionem ac despicabilem scientiam, & prouidentiam à Deo successit, ac per momenta singula habitam, & habendam: satis autem ab huius erroris impostura liberam & Catholicam suam mentem Hieronymus explicuit, his immediatè subiunctis. *Non sumus tam fatui adulatores Dei, ut, dum potentiam eius ad inia deprimitur in nos metipsos iniuriæ, siquæ, eandem rationalium quam irrationalium prouidentiam esse dicentes. Solum ergo vult aliam esse, & nobiliorem rationalium quam irrationalium in Deo prouidentiam, quod & Paulus 1. Corinth. 9. illis verbis: *numquid Deo cura est de vobis* (vbi præfato errori fouet fauere) prius expellerat. Nimirum specialiori cura, & prouidentia, qua hominibus prouidet, legibus etiam & præceptis ad honestæ vitæ institutionem latis, quæ pro beatis honestatis omnis, & legis audiendæ incapacibus, ferri nequeunt: etiam, cum de iis ad homines leges feruntur.**

Curiosus. de Ortega de Deo vno, Tomus II.

4. Explorati ergo contra vniuersalem, & minutissimam erga creatura omnia & singula errantes auctores sunt. Primo qui quæstion. 1. certam. 1. prouidentiam omnem Dei erga creatura negarunt. Secundò: qui quæstion. 2. certam. 1. erga rationales omnes creaturas, vel homines saltem illam negabant. Tertio: qui eam erga actiones prænas & peccata inficiabantur quæstion. 3. certam. 1. Si enim his (quæ creaturæ certo sunt) horum sententia Deus non prouidet, procul dubio omnibus, & singulis creaturis eorundem sententia non prouidebit: illi item, qui Iob. 22. Dei prouidentiam ad sublimitatem non extendi ore, & errore Eliphaz aiebant. *Nubes latibulum eius, cardines celi perambulant nec nostram considerant.* Rabbi etiam Moyles lib. 3. cap. 18. qui ex sublimitatibus solum hominem ob intellectus præstantiam, & splendorem cura Dei dignum, eius prouidentia subiecit à qua sublimitas reliqua omnia excludit, teste etiam S. Thom. 1. p. quæstion. 22. artic. 2. corpor. Cæsar item Iulius ex hominibus Principes & Procetres solum Dei, siue Deorum suorum curæ esse, eorumque prouidentia subieci censuit, ni ex impostura, vel ex propria sententia Lucanus Cæsaris ad tumultuantem militem exhortationem his camminibus concinnauit, & reuoluit.

*Nunquam se cura Deorum
Sic premit ut vestra vita, vestraque saluti
Fata vacent: Procerum motus hæc cuncta sequuntur.
Humanum paucis vixit genus.*

Quibus Rabbi Moyles error ampliatur: dum Dei prouidentia ad Procetres solum homines restringitur, omni vulgarium cura à Deo, siue diis suis neglecta: quo, & mediata etiam ipsorum prouidentia erga profus neglectum ab ipsis hominum vulgus reicitur. Ex Mahometanis Auerroes, Auicenna, & Algazel negantibus Deum distinctam singularium scientiam, ac prouide negandæ de singularibus prouidentie fundamentum firmiter adstruentibus, solus Algazel ab ea negandi conscientia non defecit. Auicenna enim tract. 9. metaph. c. 6. toto in bonorum ordinatione, & malorum permissione Dei prouidentiam probat. Auerroes autem singularium prouidentiam Deo attribuit, cuius testimonia recitat Marsilius in 1. q. 38. art. 3. & Ferrara 1. contragentes c. 50. sed tamen, homines in iis singularibus prouidentia Dei subiectis non recenset: cum eos expellat ab ea excludit vt vidimus q. 2. cert. 1.

5. Pauci ergo ex gentium Philosophis Deo singularium omnium prouidentiam negarunt, ex iis, etiam, qui addubitalle quandoque videntur, tamen aliquando in Catholicam veritatem de prouidentia Dei erga singula, & omnia creata naturali rationis ductu deueniunt: vt de Platone, & Aristotele vidimus num. 2. & Aristoteles quidem 12. Metaph. c. 2. ex constanti rerum ordine prouidentem omnibus causam causarum primam constantem, à corporeis secretam, & permanentem his verbis demonstrat. *Quoniam pacto ordo erit non existente aliquo, perpetuo, separato permanente, quod ipsum repetit quoties argumento de primo motore Deum demonstrat, vt vidimus tom. 1. de Deo vno controuers. 1. d. 2. Præterea, quæ ex lib. de mundo ad Alexandrum memorabamus num. 2. ac recitabimus de Dei erga minima, & vilia quæque cura, & prouidentia, similita recitatis eo num. 2. ex Platone: qui etiam in Phædone, siue de anima post medium huic ex socrate recitatæ sententiæ insulit. *Arbitratus sum intelligentiam omnia gubernare. & hoc modo ponere, quo optime se habeant: & Photinus apud Theodoret. 6. græcanicar. affection. de prouidentia post med. & Atticus apud Euseb. 15. de præparat. Euang. cap. 4. & ipsi Platonici, Catholicæ huic veritati adhærescere: sed & Cicero ex ordine rerum Deum vnum demonstrasse videtur vt citato tom. & controu. de Deo vno d. eadem 2. retulimus prouidentiam eandem Dei de singulis & omnibus creatis docuere Porphyrius teste Cytillo Alexand. 4. Dialogi de Trinit. & 3. contra Iulianum inter principium & med. Pythagore vero Philosoph. Principis exploratissima ea sententia fuit, ita de illo scribit Iulianus 1. de prouidentia sub init.**

Gg 2 Pytha

Pythagoras, quem quasi Magistrum suum Philosophia suspexit de natura & beneficiis Dei differens, sic locutus est. Animus per omnes mundi partes commens, (id est Deus quem mundi animus vocabant) atque diffusus, ex quo omnia que nascuntur animalia vitam capiunt, &c.

6. Porro veritas hæc non solum naturaliter evidens est (vt datis aliquot insinuat. & dum ratione agamus ostendetur) sed de fide etiam est passim in scripturis sacris tradita sapient. 6. *Equaliter est illi (Deo) cura de omnibus, cap. 12. Non est alius Deus, quam tu, cui est cura de omnibus, cap. 8. sapientia genita. Cum eo erant cuncta componens, cap. 14. Tu autem Pater prouidentia ab initio cuncta gubernas. Et rursus. Attingit à fine, usque ad finem fertur, & disponit omnia suauiter. Ecclesiast. 1. de sapientia, siue, vt creatam, & increatam complectitur, siue creatam solum, vel increatam, vt per creatam communicatur, siue formaliter, siue obiectiue: ipse creauit illam in spiritu sancto, & vidit, & dinumerauit, & mensus est, & effudit illam super omnia opera sua: (in quibus omnibus, & proprio cuique ordine, & dignitate elucet) & super omnem carnem (hominem scilicet, in quo præterea formaliter etiam est) secundum datum suum, & præbuit illam diligentibus se: & his quidem specialiter, & præcipue: quare & scorsim data dicitur: cum, vt sapientiam diligant, tum in eius dilectionis præmium, vt Salomoni, & aliis. Accedunt testimonia, quæ ad prouidentiam vniuersam, & speciatim erga rationales creaturas, earumque actiones, etiam prauas, antecedentium quæstionum certaminibus primis ex scriptura produximus. Mitto id sap. 11. *Omnia in mensura, & numero, & pondere constituit, que tametsi ad peccatorum insinuationem quibuldam, iuxta grauitatem peccatorum, æqualitatem dicantur, tamen, vt generale principium in omnibus Dei operibus asseritur, ad demonstrandam in hac particulari materia proportionem, & æqualitatem ad numerum, mensuram, & pondus fuisse seruatum: quare generalem ibi doctrinam, etiam speciali materię applicitam tradi docet Augustin. 4. de Genes. ad lit. cap. tert. quart. quint. & quæstion. ad Orosium cap. 89.**

7. Mitto etiam vrgentissimum, & præcipuum testimonium ex Matth. 6. & 10. & Lucæ 12. de Dei prouidentia erga passeres, ceruos, fœnum, lilia, capillos &c. quæ consonant dictis Psalm. 146. vers. 8. *qui producit in montibus fœnum, & herbam seruituti hominum qui dat iumentis fœcam ipsorum, & pullos coruorum innocentibus autem.* Quæ pro Dei erga minutissima, & vilissima quæque prouidentia inferius expendemus: vnde ad reliqua nobiliora evidens ducitur argumentum Christi etiam Domini (qui eo vsus est) auctoritatē confirmatum. Denique vniuersalem hanc Dei erga omnia, & singula quæque creatura, prouidentiam tota scriptura à capite, vt aiunt, ad calcem nos expresse docet Genes. cap. 1. usque ad hominis creationem: vbi irrationalium vniuersi creatio ornatus, dispositio, ac semina inditarum ipsi virtutum ad ægendum, atque eorum operationes, & fructus à Deo esse traditur: & in his ipsis capitibus erga creandum postea hominem, cui iis omnibus aulam apparabat (vt Iudeus Philo de mundi officio, & Patres plures recognoscunt) prouidentia elucet. Deinceps Scriptura tota instruendo, inducendoque homini ad rectam, honestamque vitam legibus, adhortationibus, conciliis, exemplis, minis, promissis, terroribus, beneficiis in sanctos, penitusque in scelestos impensis, ordine sæpe ad vtrumvis naturæ inuerso, vt plagis Ægypti, euerisione Hierico, & aliis Moysis, Iosue, & Prophetarum, ac noui testamenti miraculis stupendis insinuitur: quorum singula, & omnia Dei erga creata cuncta, & præcipue erga homines eorumque operationes, prouidentiam demonstrant. Ad eam ex scriptura ostendendam loca notauit non pauca Chrysost. 1. de Prouidentia à colum. 5. & in acta Apostolorum cap. 1. à colum. 3. & alibi sparsim: quod & alij Patres mox citandi præstiterunt. Vberior ea in re Lactantius Firmianus secundo diuini institut. à cap. 10. Copiosior adhuc Saluianus libro primo & secundo de Prouidentia.

8. Vt autem adeo apertus scripturarum sensus non esset Patrum omnium, (qui non, nisi ex scripturæ men-

te sentiunt, & scribunt) in hanc veritatem confutans illum nobis perspicuum redderet: eam nos docuit à Patribus apud Clem. Rom. 1. Recognit. vers. med. & lib. 3. pag. 3. nonnullas patres prouidentie, & accommodatæ etiam recenlet & lib. 8. pag. 4. ais: *generalis autem, & specialis parium simul, hoc modo est: quasi ad initio omnia fecerit Deus, & usque ad finem per singulos quosque prouidentiam gerat, vt vnicuique reddat pro operibus suis, illud quasi tantundem valet ac vt qui à bono ad infam, vt Ioann. 1. gloriam, quasi vniuersi à Patre. Et quamuis de hominibus tantum postrema verba sint, tamen primis rationem dedit, quæ prouidentiam de cunctis rebus probat: maxime, cum eas pro meritis distributurus, & toto fere cap. ad singula, etiam vniuersam Dei prouidentiam descendere approbat. Non est autem nunc singulorum Patrum testimonia (quod tamen mentis esset) recitare; sed vnius tantum, (quod tamen mentis cum illustriora aliquot recitanda sint certamina, & quæ ceteros Patres recenleo, ex Latinis Boet. 4. de consol. Prof. 6. & 7. & toto lib. 5. Hieron. ad id Matth. 11. Nonne duo passeres, & Ephel. 5. gratias agentes semper pro omnibus ad Hierem. 32. post med. Nunquid difficile ad Zachar. 4. Septem isti oculi domini sunt. Ambros. 1. in offic. cap. 13. & 14. 1. Corinth. cap. 1. p. 4. August. 1. ciuit. cap. 11. & aliis lib. 10. cap. 14. ante med. & 3. Trinit. cap. 4. tract. 14. in Ioan. circa med. ad id *Pater venit hora &c. lib. 1. & 2. de ordine, 3. de lib. arbit. per totum. Cyprian. ad Demetr. apologia tota maxime pag. 2. Hilar. can. 5. & 10. in Matth. Prosper. lib. sententiarum ex August. sentent. 277. & 281. verba dant certam. 5. num. 6. Paulin. epistol. 36. de Prouidentia. Saluianus libris octo de eadem. Gaudensius Brixien. prefat. ad suos libros. Lactant. Firmian. 1. diuini institut. cap. 2. lib. 2. ac p. 8. lib. 7. de præmio & in Dei, à c. 7. & libro de officio hominis. Bernard. recapit. certam. quarto. Anselmus in elucidario præfationis circa medio, & sparsim latini reliqui Patres Dei erga cuncta prouidentiam, vel proponunt, vel supponunt.**

9. Consonant Latinis Græci Patres, Dionys. Areopag. de exilesi Hierarch. cap. 9. toto, maxime vultus, finem, vbi. *Primum enim est omnium principium, prouidentia: inferiuscule, vna quidem de omnibus actibus prouidentia, sine. Nos aperit, planeque docet, eam esse ad omnia pertinentem prouidentiam, & à de diuini nominibus post med. iustitiæ nomine prouidentiam Dei erga omnia, & aliis; & his tradit. Diuina enim iustitia omnia disponit, & determinat: omniaque non confusa inter se, nec permixta custodiens in, quæ sunt, omnia quod cuique accommodatum est tribuit, pro ea, quæ vniuersum quodque totum, quæ sunt, attingit dignitas. De xerat autem de Diuina scientia cap. 7. vers. fin. omnia est arrixer, & semper omnia componit: effluat causa in dissolubilibus coherens, & ordinis omnium: sed quæ prius cum sequentium principis semper conuoluit, & eorum vniuersi conspirationem, concentumque pulcherrime efficit. Concordant Iulianus Martyr. quæst. 146. ad Orthodox. Irenæ. lib. 2. cap. 45. post med. Clem. Alex. 7. Stromat. pag. 3. sub init. lib. 5. pag. 21. Pedagog. cap. 8. Iulian. Polux. epistol. 154. Nazianzen. orat. 1. colum. 2. orat. 3. & sequent. orat. 15. in plagam grandis. nota 1. orat. 16. de pauper. amore. nota 44. orat. 24. secundus de Theolog. Basil. homil. 8. in dicit. auct. tempore famæ ante med. orat. de precatone colum. 2. Chrysost. 1. orat. seu lib. de Prouident. Homil. ad populum. Antioch. ante med. Nyssen. de infantibus qui præmaturo abortiuntur post init. orat. catechet. cap. 8. inter med. & fin. Athanas. contr. gent. longe à med. & vers. fin. orat. 1. contra Arrian. vers. med. de incarnatione verbi, & deuentu colum. 1. & 3. in Synopsi, lib. 15. Ecclesiast. 1. post med. Damascen. Dialog. cont. Manichæ. & 1. de fide cap. 12. à med. lib. 2. cap. 29. Nyssen. 8. Philosoph. potius Nemes. de anime facultatibus cap. 42. 43. & 44. Athenagor. lib. de Resurrect. maxime à med. Maxim. sem. 48. de Prouidentia. Dorotheus de instit. fraxum. doctor. 17. Theodoret. decem sermonibus de Prouidentia & de curat. græcanicar. affection. Cyrill. Hierosolym. catech. 8. circa med. & 18. sub init. Eulabius Cæsariensis.*

de præparat. Euang. cap. 5. lib. 12. cap. 28. copiosius
Encas Gazzus in Theophrasto vers. med. & Julius Si-
renius locis citatis, quibus addit Theologorum om-
nium consensum cum Magistro in 1. d. 44. & 46. & 5.
Thom. 1. p. quæst. 12. & 3. cont. gent. à cap. 71. ad 75.
inclausus.

CERTAMEN II.

veritatis eiusdem demonstrationes Phi-
losophorum, & Patrum aucto-
ritate confirmata.

Primam demonstrationem attigimus supra ad
Providentiam Dei de nostris actionibus demon-
strandam; nempe naturalis ubique gentium omnium
hominum sensus, ex quo ad præcandum Deum cultu, fa-
cificiis, victimis publicis, vel orationibus & inuoca-
tionibus etiam privatis, non solum pro actionibus propiis,
sed eventibus in re quavis fortunatis, & infortu-
natorum avertione confugimus: quod enim universi vi-
dentur (inquit Aristot. 10. Ethicor. cap. 2. post med.) id
esse dicimus. Qui autem fidem hanc tollit, non valde cre-
dibiliora dicit. Etenim omnium de re quavis consensus
rationalis naturæ sensus est ab eius conditore cum ipsa
ratione inditus, quare falsus esse nequit, quin ab eius
auctore natura inclinata ad falsum oriatur, naturaliter,
quod est impossibile; tametsi ex accidenti, & merito Dei
revertitur providentiæ extraordinariæ possit adeo ad erro-
ris physici actum inclinari, de quo controuersi. de fide.
Hic autem, & naturæ proinde rationalis sensus recurren-
di precibus, cultu, & facificiis deputatis &c. pro re
quavis ad Deum continet essentialiter alium de diuina
omnium providentiâ, regimine, & dispositione; alias
in eo recursu ad eum cuius potestate, & providentiâ res
geni non fieret, erraret: ac proinde diuina providentiâ
rationalis naturæ lumine nota est. Hanc demonstrationem
exhibet Cic. 1. de natura Deorum sub iur. sin autem
(inquit) Di, neque possunt nos inuare, nec volumus, nec
timemus omnino; nec quid agamus animaduertunt, nec
quod ab eis ad hominum vitium promanare possit: quid
est quod illos Diis immortalibus cultus honores, preces
adhibeamus.

2. Præclarior autem eam demonstrationem dedit Ne-
metius de animæ facultatibus cap. 44. in hæc verba. Res
singulis regi providentiâ magno argumento est, quod na-
turaliter eius notitia hominibus est insita. Nam difficili,
& necessario nostro tempore statim ad nomen diuinum, &
preces confugimus: velut natura nos sine doctrinâ ad Dei
ipsum perducere. Non autem sine doctrinâ nos natura ad id
duceret, quod eadem natura non fert, ut fiat. Nam in
repentinis perturbationibus, & timoribus sine electione, ne-
que deliberatè, & tanquam aliquid consideramus, Dei
nomen inuocamus. Quidquid autem naturaliter quam-
que rem insequitur, in eo tanta vis est ad demonstrandum,
ut contradicere nihil possit. Nec minus viuide Tertullia-
nus 17. Apologeticè aduers. Gent. post med. hanc de-
monstrationem ita expendit. Vultis ex anima ipsius testi-
monio comprobemus? quia, licet carcere corporis, pressu,
licet infestationibus prauis circumscripta, licet libidinibus,
& concupiscentiis euigorata, licet falsis Diis exarscillata;
cum tamen respicit, ut ex crapula, ut ex somno, ut ex
aliqua valetudine & sanitate suam patitur, Deum no-
minat: hoc solo: quia proprie verus hic vnus Deus bonus
& magnus. Et quod Deus dederit omnium vox est. Iudi-
catis etiam confestatur illum: Deus videt, & Deo com-
mendo; & Deus mihi reddet. O testimonium anima na-
turaliter Christiana! Tertulliani Magistri hac in re simi-
lis, & ex parte transcriptor Cyprianus, lib. de idolol.
naturaliter confestetur, cum mens & anima sui auctoris,
principis admonetur, dici frequenter audimus; o Deus!
& Deus videt: & Deo commendo: & Deo reddet: &

quod vult Deus: est Deus dederit. Atque hac est sum-
ma delicti, nullo agnoscente, quem ignorare non
possi.

3. Secunda demonstratio sumitur ex ordine, har-
monia, concordiaque constante, ac perpetua partium
contrariorum, ac dissimilium, motuumque vniuersi, sta-
tis, simulque legibus succedentium. Hanc demonstra-
tionem attingit primus Aristoteles 12. Met. cap. 1. verbis
hæc. Quoniam patto ordo est non existente aliquo, per-
petuo, separato, permanente? Quam ad verbum transcri-
psit Euseb. 7. de præparat. Euang. cap. 2. eandem exem-
plo illustri sensibiliorem fecit Athanas. orat. cont. gent.
vers. fin. dicens. Quemadmodum, si musicus, ubi lyram
adaptauerit, & gratia acutus, & media extremis ex arte
sua conuenierit, certum designatumque melos absoluat: ita
quoque Dei illa sapientia rerum vniuersitatem, & lyram
tenens, & æreâ terrenis copulans, & celestia æreâ,
& vniuersaque cum singulis coaptans, circum agensque na-
turalis ag voluntate vnum mandum, mundique vnum
ordinem absolutum vult, & congruent: quæ licet de pri-
ma mundi conditione dicta videantur, de eius etiam in
eo ordine, & harmonia permanentia sunt dicta, illis
verbis: rerum vniuersitatem in lyram tenens: iam scilicet
factam: & quæ, ni à Dei providentiâ teneretur,
partium diversitate, & contrarietate ipsa discordaret, id
quod expressius, & luculentius dixit Boetius 3. de con-
solar. prol. 12. sub init. sic factus. Mundus ex tam diuer-
sis, contrariisque partibus in vnam formatum minime con-
uenisset, nisi vnus esset, qui tam diuersa coniungeret.
Coniuncta verò naturarum ipsa diuersitas inuicem dissi-
ciaret, atque diuelleret: nisi esset vnus, qui, quod ne-
xit, contineret. Non tam verò certus naturæ ordo proce-
deret, nec tam dispositos motus, locis, temporibus, effi-
cientia, spatio, qualitatibus explicaret, nisi vnus esset,
qui his mutationum varietates manens ipse disponeret.
Nec obcurius Damascen. 1. Fidei cap. 3. post med. quo-
modo enim aduersantes natura (ignis dico: & aqua, æris,
atque terra) in vnus mundi complementum concurrissent
ad inuicem, & sine dissolutione perdurarent, nisi qua-
piam omnipotens virtus, & ea coniunxisset, & semper
conseruet indissoluta? & post alia in rationis huius con-
firmationem subdit. Non generitari talem tribuimus
potentiam: esto enim casus, temeritatisque generatio,
cuius erit ordinatio? Consilium vitæ, & perpetua.

4. Demonstrationem tertiam prædictæ proximam
ex quavis vniuersi parte, contrariis qualitatibus, atque
adeo diuersis formis figuris, dispositionibus, constante,
& persistente. Athanasius paulo ante recitata ex ipso
verba acute attingit, ac breui in simplicioribus, rudio-
ribusque mundi partibus expendit verbis hæc. Elementa
omnis sensibilis substantia, calida, frigida, humida, sicc-
ca in vnum contemporans, sua potentia efficit, ut illa sibi
mundo in se ipsa non sint, sed vnam consonamque harmo-
niam in commune absoluant. Demonstratio autem hæc
in nobilioribus aliis mundi partibus speciebus perfectio-
ribus, & perfectioribus singulis aptior, & aptior,
pro maiore cuiusque perfectione, est, ut vidit Augustinus
5. de ciuit. cap. 11. circa med. scribens. A quo est
omnis modus, omnis species, omnis ordo, à quo est men-
sura, numerus, pondus; à quo est quicquid natu-
raliter est, cuiuscunque generis est, cuiuscunque aspi-
rationis est, à quo sunt semina formarum, forma semi-
num, atque formarum: qui dedit & carni originem,
pulchritudinem, vniuersalem, propagationis fecundita-
tem, membrorum dispositionem, salutem, concordiam:
qui & animæ irrationali dedit memoriam, sensum, apper-
tium, rationali insuper mentem, intelligentiam, volunta-
tem: qui nec solum cælum, & terram; nec solum An-
gelum & hominem, sed nec exigui & contemptibilis ani-
mantis viscera, nec aui pennulam, nec herbe flosculum,
nec arboris folium sine suarum partium convenientia, &
quadam veluti pace dereliquit: nullo modo est credendum
regna, dominationes, & seruantes à sua providentiâ legi-
bus alienas esse voluisse. Quibus non naturalia modo,
etiam minima, ac vilissima, sed & politica, ciuilia, &
moralia, omni que Reipublice rationalis cuiusvis ordi-
nem diuina providentiâ quoad omnes eius partes sub-
iacere apertissime, & luculentissime demonstrat.

5. Luculentius tamen adhuc & cuiusvis animalis mem-
bris,

nam primo constituat ac produxit: atqui Deus res omnes mundi, earumque ordinem primo produxit, & constituit: ergo rerum omnium mundi, atque ordinis earum cura penes Deum esse debet. Hanc demonstrationem lobo expressius posuit Athenagoras, lib. de relluct. post med. dicens. Oportere eos qui Deum admittunt, ut conditorem huius universitatis, illius ipsius sapientia, & iustitia attribuerent rerum omnium custodiam, & procuratorem; si modo fundamento constituto ac principis semel admissi inherere velint. Clarius Ambrosius lib. officior. cap. 1. med. sic fatetur. Quis operator negligat operis sui curam? quis deserat, ac desituat, quod ipse condendum putavit? si iniuria est regere, non est maior iniuria fecisse? cum, aliquid non fecisse, nulla iniustitia sit, non curare, quod feceris, summa inclementia est. Et 1. Corinth. p. 4. Est aliquid hac assensu ratione falsius, ut fecisse dicatur mundum, & curam eius non agere? & quid fecit si non ad illam pertinet quod fecit? Damasc. 2. fid. c. 2. 9. sub init. Necessario est eundem esse eorum, qui sunt, & factorem, & procuratorem. Nam neque decet: & reliqua ex eo recitata num. 8. Confirmat inferius sic. Solus Deus est natura bonus, & sapiens: est igitur bonus providens, non providens enim non bonus. Nam, & homines, & animalia ratione capta propriis natis naturaliter provident; & si non provident, vituperantur. Magn. Gregor. 24. in lob capite 11. alias 26. in verba data ex lob. Per se quippe mundum regit, qui per se condidit: post pauca. Si per se ipsum regere non negligit, quid creavit: quod bene creavit, utique bene regit: & quia nec dum facta, curavit, ut essent, quæ sunt facta non deservit. Quam demonstrationem ab opposito probat Nemesius lib. de animæ facultatibus capite 44. columna prima negata providentia, Deum rerum conditorem esse consequenter negari, dicens. Nam qui putant hoc universum casu, & temere constitutum, merito dicunt omnia vacare providentia: quorum enim nemo crearet sit, eorum quis erit procurator? Est enim evidens temere adesse fieri, quæ à principio temere creata sunt.

10. Advertendum tamen animo est: in iis quæ ex Patribus recitabimus plures rationes adhiberi, quæ naturaliter Deo, rerum, quas semel condidit providentiam incumbere solummodo demonstrant; non autem metaphysicè: cum Deo liberum absolute sit, quæ semel condidit, destrueret, neglecta naturali exigentia rerum natura sua permanentium semel productarum ut diutius conferrentur, & permanerent, & cum debitis perfectionibus, tum sibi, tum in ordine ad finem. Agentibus verò naturalibus, cum determinatas, vel natura sua, vel adiectis qualitatibus, vel facultatibus ad suos quæque effectus, & finem in quem ordinata à Deo sunt vires, & activitatem habent: nequeunt, quod semel effecere, non conferre, & tueri (casu quo ut putatur conservatio permanentium penes causas secundas sit, quod controuersum est, generat. multis confutauimus) nec à successu rerum successu productione abstinere. Sola ergo ratione, quam deus numero 8. tetigitque Damascenus ex factis, faciendisque, ut questioni præsentetur locus suppositionibus ibidem notatis, ratio hæc simpliciter necessaria, atque demonstratio absolute talis euadit, ut ibidem diximus. Mitto alias veritatis huius rationes pro diuina minimorum, ac vilissimorum mundi providentia certam. 4. subicienda: similiter, an hæc providentia Dei erga omnia per seipsum immediate an mediate per creatura, vel creatum aliquid exerceatur à Deo? ane immediate à Deo esse aliquibus saltem ex datis demonstrationibus ostendatur? Horum enim omnium examen, & decisio ad quæst. 5. spectat, ubi contra vltimam hæc in re non ignobilium Philosophorum errorem peragimus.

CERTAMEN IV.

Minimarum atque abiectissimarum omnium & singularum rerum diuina Providentia dogmatica, & cuius deus est.

1. Traditur expresse, & specialiter conclusio hæc à Christo Domino Matth. 6. 10. & 11. & Luc. 12. vbi Dei cura & providentia de vilissimis animalculis, & passeribus, flosculis, tanque agri, capillis (scilicet in vilium reliquorum exemplum) habetur: ut Dei nos curet, & providentia subesse, debereque committere argumento à minori ad maius euidentissime conuincat, ac efficacissime suadeat, verba eis locis sunt ab eo. Nonne duo passeres: ad quæ Cyrell. Alexand. 5. thesaur. cap. 2. post med. Quod si putatis indecens ad minima quoque Dei providentiam erubescatis aliquantulum queso audite: & Christum. Nonne duo passeres? &c. Alterum ex Matth. 6. Considerate lilia agri, &c. Ita ponderat Augustin. 10. de Ciuitate cap. 14. circa med. Plotinus Platonici Dei providentiam usque ad hæc terrena, & ima perungere, flosculorum, atque soliorum pulchritudine comprobatur: quæ omnia quasi abiecta, & preuentia decensissimas formarum suarum numeros habere non posse confirmat, nisi inchoarentur, ubi forma intelligibilis, & incommutabilis, simul habens omnia perseverat. Hoc Dominus IESVS ibi ostendit, ubi ait, considerate lilia agri quomodo crescunt, non laborant, neque nent. Dico autem vobis, quia, nec Salomon in omni gloria sua cooperitus est, sicut vnum ex istis. Quem locum egregie ad rem hanc interpretatur. Hieronym. ibi: Prosper. sent. 281. Cyrill. proxime, & Cyprian. libro 1. ep. 3. ad Cornel. inter principium & med. Rursus probatur ex Matth. 8. vbi ciciendi à Christo Dæmones, rogabant cum dicens: Si eiicis nos, mitte nos in gregem porcorum, &c. Vnde Cyrell. 12. thesaur. capite 14. sub med. Dæmones Dei potestate teneri, ne porcos, fœdissima animalia, inuaderent optime teneri, ne ad Sap. 8. Attingit à fine usque ad finem fortiter, de suis duobus, altero localis distantie spatij vniuersi, altero distantie dignitatis, & perfectionis maioris, & minoris rerum, quibus vniuersum constat sapienter interpretatur Bernardus de gratia, & libero arbitrio: A summo, inquit, celo usque ad minimum vermiculum.

2. Denum omnia scripturæ testimonia recitata & memorata à nobis cert. 1. n. 6. & 7. cum de rebus omnibus & singulis vniuersi huius, (in quibus dubio procul abiectione etiam, & vilissima continentur) loquantur, præsentem conclusionem expresse absque noua ponderatione stabiliunt. Sed vnum solum illustrissimum ad rem hæc, & specialissimum testimonium omittendum non est, quod doctè obseruauit Ruiz noster d. 1. sect. 4. ex Prouerb. cap. 30. post med. vbi hæc habentur. Quatuor sunt minima terra, & ipsa sunt sapientiora sapientibus: formica populus infirmus qui preparat in melle cibum sibi: lepuleus, plebs inualida, qui collocat in petra cubile suum. Regem locusta non habet; & egreditur vniuersa per turmas suas: stellio manibus nititur, & moratur in adibus Regis. Vnde arguitur: Hæc animalcula opera ad suum commodum & conseruationem sapientiora Sapientibus exercent: atqui ea non exercent ex ratione, & consilio, & electione, cum irrationalia sint, & incapacia rationis, sed ex instinctu à Deo indito, cuiusque eorum natura, ut vitam tueantur, & commode, quatenus ex ipsis, seruent: cui instinctui ad id exequendum & obtinendum Deus potentia sua concursu, & materia, ac mediis ex fine sibi præstituto administratione continuo præstatoque adest. Quæ (sind primum Dei instinctu his animalculis indito à Deo) satis ad rem præsentem essent, ubi de Dei erga hæc etiam animalcula sicuti ad reliqua

Reliqua nobiliora prouidentia solum agimus non disputantes, ut diximus, ut immediate per seipsum, an per alium illam habeat Deus. De apibus alique pluribus vermiculis simile argumentum efformabimus, atque aliud etiam: sed nunc ex scriptura solum pro hac veritate pugnamus.

3. Ab autoritate verò Philosophorum Sapientiorum, & Patrum eadem veritas muntilissima est. Et præter data ex ipsis testimonia pro Dei erga omnia creata singularem, ac subinde abiectionem, & vilissimam prouidentiam cert. 2. & 3. illud Platonis Dialogo 10. de legib. post med. quin de re præterente speciale est repetendum. Vbi habet: *Opifices quanto periores sunt, tanto arte una in propriis ipsorum operibus, & parua simul & magna absolutius, exquisitiusque perficiunt. Deus vero qui sapientissimus est, & curare potest, ac vult parua, quæ facillime gubernari possunt propter pigritiam, & ignauiam negligere nullo modo.* Aristot. 1. de partib. animal. c. 5. med. *viliorum animalium rationem propensionemque puerili fastidio preiisse, dignum nequaquam est: cum nulla sit res natura, in qua non mirandum aliquid inditum habeatur.* Subinfertur: *Cum in omnibus natura nomen & bonum pulcherrimumque sit ingenium.* Accedit Plotinus relictus, citatusque ab Augustino verbis datis n. 1. & Galen. cert. 3. num. 5. quem Medici, & Anatomici reliqui imitantur, quibus testimonii non sententia solum, sed & eius probanda argumenta mox explicanda continentur: ex Patribus illa recitat ex Cypriano de elementis, quæ mixtis fere omnibus corporibus viliora abs dubio sunt: & ex Augustino cert. 3. n. 4. & 5. & hic n. 1. Plotinum approbans, & ex Evangelio confirmans, item 1. de Ciuitate capite 22. à med. *Vbi: Deus ita artifex est magnus in magnis, ut minor non sit in paruis. Quia parua non sua granditate, quia nulla est, sed artificis sapientia metienda sunt.* Illustriora ex ipso, & aliis Patribus dabimus statim, dum ratione agamus. Audiendus tamen est Cyrillus 5. Theauri cap. 2. post med. vbi hæc. *Superbia certe vitium Deo iniicere conamini, cum dicatur non esse decens, ut minimarum rerum Creator sit: ipse autem omnium Creator est etiam minimorum, & omnibus prouidet, & se propter misericordiam suam participabilem reddit.* Legendi demum pro re hæc sunt August. & Patres reliqui contra Manichæos disputantes, quorum, & error, & eius impugnationes, & fundamentorum solutioque conuexæ sunt, & affines.

4. Pro veritate hac demonstranda æquo robore militant demonstrationes omnes à nobis datæ cert. 3. prouidentiam Dei erga vniuersum, eiusque partes singulas, & omnes cuiusque: adeoque dilucide militant, ut applicatione materię præsentis opus non sit & repetitione fastidiosa. Quare speciales pro hac materia subiicio. Prima esto; quia ni minimorum, & abiectionum, sicuti, & reliquarum vniuersi partium prouidentia sit, nec vniuersi partibus, nec vniuerso de optimo eius bono (in quod ut in finem partes eius omnes contendunt iuxta Aristot. 12. Metaph. text. 51. fine) bene prouideret. Hoc autem repugnat: ergo minimorum, & vilium adest Deo prouidentia. Minor quoad bonum partium nobiliorum probatur: quia abiectione, & minima cibo, & prædæ nobiliorum cedunt, aliisque vitiis inferunt, quovisque ad hominum vsum, cum in victu, & in vestitu, tum in salutis conseruatione, vel recuperatione, tum in sapientie exercitio, tum in frænanda puniendave superbia & contumacia tandem perueniant: item nec adeo nobiliora splenderent, nisi è vilium ordine, & loco debito postiorum collatione. Totius autem vniuersi bono optimo, maximæque perfectioni, & pulchritudini summo per se deferunt: eis quippe neglectis, ac deficientibus præ conditoris incuria, tanta rerum varietas cum debita dispositione, (ex quibus pulchritudo resultat, eoque maior, quo plura varia recte disposita confluunt) vniuerso deficeret: quod ex instrumentorum, vocumque consonantia, & harmonia, ex grauib. acutis & variis vocibus, & sonis suauiore, & perfectiore, quam, si ex grauib. solum, vel solum acutis constaret, demonstratur. Sed audiamus maiorem integram, imò & argumentum ex Augustino 1. de Ciuitate cap. 22. sub init. dicente. *Nec attendunt (Manichæi) quam in suis locis*

naturisque vigeant, pulchroque ordine disponantur, quantumque vniuersiati rerum pro suis proportionibus decore, tanquam in communem Rempublicam conferant (minima & abiectione hæc) vel nobis ipsis, si eis congruerent, atque scienter utamur, commoditatis tribuant: ut, ut venena ipsa, quæ per inconuenientiam perniciosa sunt, conuenienter adhibita in salubria medicamenta vertantur: & subdit. A terrenis usque ad celestia, & à visibilibus usque ad invisibilia, sunt aliis bonis aliis tunc meliora: ad hoc inæqualia, ut essent omnia. Vnde nihil superfluit.

5. Sit secunda demonstratio. Prouidentia de minimis, & vilibus etiam nullam affert Deo imperfectiorem vilitatis; imò multo maiorem perfectionem prouidentie diuinæ constituit, & demonstrat, quam, si solum de nobilioribus foret: atque Deo id quod in quouis genere, & linea maiorem perfectionem, abique imperfectiorem mixtura, continet, & ostendit, concedendum est ergo, & minimorum, atque vilium, & abiectionum etiam nec solum nobiliorum prouidentia concedenda Deo esse. Ad hanc demonstrationem reducenda sunt places, quæ ut distinctæ numerantur: quia, vel abique ea nihil probant, vel solum aliquam maiorem partem probant: eius verò partem 1. (quod scilicet è vili fordidisque obiecto nihil prouidentia Dei vilitatis, aut fordiditatem probat) primo ex Sap. 7. verbis illis. *Attingit autem illa quæ propter suam munditiam, naturam, & essentialium laudem, & vilitatis incapax, quam sit itam probat. Vapor est enim virtutis Dei, & emanatio quedam est claritatis Dei sincera: & ideo nihil inquinatum in eam incurrit.* Vox illa claritatis clarum ad rem explicandam exemplum solis, & radiorum eius oculis ingentibus: quo sic videri Neuchus de anime facultatibus capite 44. post med. *Aut ob superbiam Deus imperitum, & gubernationem rerum singularum despicit (quod dictum est nefas) quod sicut ipsi loquuntur, quod inquinatum deuit: quod si eius radij solis vim habent, attrahunt humorem emanantem, qui inquirat in solem, eiusque radius cum eam lucem transferunt, sed integros, & ab omni sorte puri manent: cum: quomodo Deum rebus humanis (idem est de illis fordidis, & abiectionibus) profanari existimant? Qui verus natura, & essentia sua purior, abstrahitur, & inquinamenti omnis incapax sole, & radiis, imò purior incapax est. Hanc vim ea verba continent. Eam vero distinctius explicuit Anastasius Synaita 2. de rect. fide dogmatic. longe à med. scribens: *Ut etiam deus solum non nihil factoris colligere ex istis corporibus, non continui inquirat: Deum contrahere, vel tantillum contagi, Deum autem cum Sol (perinde ac cætera corpora) passim obnoxius sit; nec tamen quidquam corradat fordidum: quia fronte dixeris, Deum esse sanctissimum, & esse participem, cum ab illis sit longe sanctissimus.**

6. Eodem Solis exemplo rem hanc explicare frequenter, ac illustrant Patres plures quos rectissimus 1. de Deo vno controuert. 2. d. 3. imò, & exemplo nostrorum oculorum, & vilis, qui in prauo hoc hominis mundo solis, & radiorum huius ad instar sunt, explicari ad ipsam potest non obscurius: quod si Nemesij verba attentius inspiciantur, non solum primam maiorem Sylogismi partem probant, quatenus exemplo illo prouidentiam Dei de fordidis, & vilibus quibulque creatis ab omni fordidis puram & limpidissimam meridiana luce clarescere ostendunt; sed, & vterius secundam maiorem eiusdem partem demonstrant ab opposito: quatenus supposita nulla indecentie contractione prouidentie Dei ex eis ad fordidam, & viliam extensionem non nisi ex imperfectione eorum prouidentiam & curam à Deo posse neglegi vel omitti docet 1. Vnde consequens inuitabile est Deum de eis curare eisque prouidere, ut suæ consuetudinis perfectioni: ac proinde de eis prouidentiam in Dei perfectionibus esse numerandam: verba autem quibus hic discursus continetur prima illa sunt. *Aut ob superbiam Deus imperium, & gubernationem rerum singularum despicit (quod dictum est nefas) adeo ut, ne ab aduersariis dici tentetur, ut loquens textus asserit, Aut foris ipsi loquuntur, &c.* Idem argumentum pro secunda illa maioris parte continent verba illa Cyrilli: *Superbia carnis vitium Deo iniicere conamini, cum dicatur, &c. & te vitium Deo iniicere conamini, cum dicatur, &c.* Atilio.

Aristot. illa: viliorum animalium rationem, propensionemque puerili fastidio spreuisse, dignum nequaquam est: & illa Platonis. Propter pigritiam, aut ignauiam negliget minima, scilicet, & villa curate, eisque providere, quorum quodvis vitij, & imperfectionis Deum argueret. Horum testimonia integra dedimus numero tertio. Et sanè absurdissime dementisque superbie, fastidij, ignaviae, ac pigritiae esset (ni ex impotentia, aut infirmitate aequè absurdè admitteretur) res abiectas, earumque ordinem ad sui aliqualem imitationem Deum condidisse, ac prae aliquo ex dictis eorundem curam, gubernationem, & providentiam negligere ac dedignari. Demum, si ex obiecti prouisi imperfectione Dei providentia imperfectionem aliquomodo traheret, nec perfectioribus creaturis possit providere, cum ex etiam sint necessarii imperfectæ: quod contra aduersarios est.

7. Sed iam, quæ directè, & non ab opposito solum, secundam illam maiorem partem probant, producamus. Et primum quod Plato obseruauit verbis ex ipso recitatis numero tertio ab exemplo creatorum Artificum ibi: *Opifices quanto peritiores sunt, tanto arce una in propriis ipsorum operibus & parua simul & magna absolutius, exquisitiusque perficiunt. Deus vero qui sapientissimus &c.* Id quod obuius, & frequentibus experientis didicimus. Nempe non aequam in artefactis curam perfectionis minimorum, quam nobilium partium solum, sed quandoque maiorem à peritissimis artificibus in minimis artefactis expolendis, & perficiendis, vt in lepulculo, musca, vermiculo, viuidius pingendo quam in depingendo homine curam, & artis suæ industriam apponi: ita, vt quandoque ars & industria Artificis maioribus, & nobilioribus picturæ partibus deficiat. Ratio autem est: quia creati Artificis sensus, & attentio, vt ex arte operetur, limitata est: quare, quo plus in vnum perficiendum attentionis ponitur, eo magis alteri defraudatur, & deficit. Item: quia labore cum in attentionis, & executionis maiore, & diuturniore vires artificis creati lassantur, ac generatur ipsi fastidium: nec potest pluribus simul aequè intendere, cum minor esset ad singula sensus, si pluribus intentus simul foret: quare, vt in abiectis, vt minimis atque in præcipuis, & nobilioribus partibus absoluta pictura sit, tempore, & laborandi, atque à labore diuertendi Artifices creati vel maiori, vel minori (vt cuiusque peritia, & dexteritas maior, vel minor est) opus habent. Inde verò rectè concluditur, Deum, qui sapientissimus opifex est, & de minimis & abiectissimis aequè ac de magnis simulque potest curare & providere non posse non de minimis ac vilibus, aequè ac de maximis providere: idque Dei arti summæ esse gloriosissimum: quia exactissimè provide- re magnis, & paruis, nobilibus, atque vilibus, quin horum attentissima, & accuratissima providentia ali- quid exquisitissimæ perfectionum creaturarum derogat, perfectius longè est quam nobilioribus eadem, ac modo, cura & gubernatione providere: immò cum omni-um est Deo solo digna providentia, ac diuina est: quæ, nec Deo digna, nec Dei providentia esset, ni omnium foret, vt in omnipotentia, scientia, & idæis diuinis demoustrabamus.

8. Secundam partem eiusdem secundæ demonstra- tionem dedit Aristoteles verbis ab eodem numero tertio ex lib. eius 1. de partibus animal. cap. 5. med. quorum prima, quibus viliora animalcula curæ Dei providentiæ do- cuit, repetimus numero sexto sub fin. nunc subiun- ctâ ab ipso ratio tantum repetenda. Cum nulla sit res natura, in qua non mirandum aliquid habeatur. Post pauca: cum in omnibus natura numen, & honestum, & teleiurumque sit ingenium. Etenim eo digniora sunt Dei providentia creata, quod sui supremi artificis bonitatem, sapientiam, & artem magis nobis viatori- bus, aut facilius ostendunt, quam nobiliora, & spi- ritualia, quæ clarè, & in se pro hoc sane non cogno- scimus: ita, vt bene, & attentè inspecta nos in Dei conditoris admirationem, & stuporem rapiant: ergo eis providere Deo dignissimum, & perfectissimum est. Attigit etiam hoc argumentum Aquila Magistro suo Christoph. de Origine, de Deo Vno, Tomus 11.

Apostolorum Principe Petro approbante apud Clem. Roman. 8. Recognit. inter med. & finem, sed posuit lu- culentissimè illud Augustinus in Plalm. 148. sub med. Sic fatus: *Attendat charitas vestra: quis disposuit mem- bra pulchra, & cunctis, ut habeant ordinem suum, ha- beant vitam suam, habeant motum suum? vnam be- nignam breuem, minutissimam considera, quam volue- rit: si consideres ordinem membrorum ipsius, & anima- tionem vitæ, qua mouetur: vt pro se fugiat mortem? amat vitam: appetit voluptates, deuitat molestias: ex- ercit sensus diuersos: vigeat in motu congruo sibi: quis dedit aculeum culici, quo sanguinem sugat? quam te- nuis fistula est, qua sorbet, quis disposuit ista? quis fecit ista? expauscit in minimis? lauda magnum: qui fecit in calo Angelum? ipse fecit in terra vermiculum.* Similia scribit 3. de Genes. ad litt. à cap. 13. & lib. 5. cap. 11. fin. cap. 22. & 1. de Genes. contra Manichæos cap. 16. 2. de moribus Manichæ. à cap. 9. Basil. homil. 6. Hexamer. post med. Theodoret. de curata Græcanicar. affection. libro 6. sub med. ex Platone. Anselm. in elucidario colum. 5. atque ad hoc argumen- tum scribit eruditè & luculenter Plinius maior libro 11. cap. 2. multaque doctè notat Ruiz in formicis, araneis, bombycibus earum texendi artibus, nullo quam natu- ræ indicæ seruataque à Deo magisterio iplas aliasque bestiolas ab orn comitantibus, quo & illa præsertim tendunt, quæ ex Prouerb. cap. 30. retulimus numero secundo.

9. Probat ut rursus eadem maioris pars secunda quia ratio ordinis, siue ordinatio mediorum in finem ne- quit non esse perfectio, immò maxima agentis perfe- ctio est vt de se patet: est liquidem modus agendi no- biliorum agentium, rationalium scilicet, & libero- rum: ex quibus præcipuum agens, & primarium, quod- que rationalia, & libera agentia reliqua archetypum habent, & imitantur Deus est: ac proinde nulla eius actio erga media cuiuscunque conditionis, siue abiectæ, & vilis, siue perfectæ, & nobilis esse potest, quin ordinata ab ipso ad finem aliquem (quicumque ille sit) procedat. Atqui providentia stat in ordina- tione mediorum in finem: ergo providentia etiam vi- lium & minimorum & perfectio est, & in Deo inue- nitur. Hæc ratio est sancti Thom. 1. p. quæstion. 22. artic. 2. corpor. Ruiz noster confirmat: quia excel- lentia virtutis actiue transeunt stat in maiori ex- tensione ad distantiam maiorem: vt patet in omni agente operatiuo extra se & proprium subiectum: ergo, cum Deus effectus omnibus suis creatis intinè im- mensitate sua sit præsens, nequit esse in producen- dis, prouidentibusque alia maior à Deo distantia, quam entitatiua: qua, scilicet, creata eo magis à Deo dis- sent, quo entitatiua perfectione minori, & minori ma- gis, ac magis à Deo seunguntur: quare quo minoris & minoris perfectionis entitatiua, nempe vilioris, abiectio- risque entitatis, & naturæ creata sint, eo Dei illa effi- cientis ac prouidentis fortio-rem potentiam, prouidentiam perfectionem ostendant: quare, & vilissima creata arguunt vtramque in Deo summam. Hæc secundam il- lius maioris partem probant; non verò se solis conclu- sionem, nisi prima pars maioris eiusdem probata suppo- natur: nempe, nihil Deum indecentiæ, aut imperfectionis trahere ex cura, & providentia minimorum, & vi- lium, quæ in vniuerso sunt, alias hæc omnia Dei perfe- ctiones esse non possent; est magnæ creatorum perfe- ctiones sunt, quæ perfectiones imperfectionibus, quarum capacia sunt, adiunctas non detractant.

CERTAMEN V.

De monstrosis, & infortunatis casibus, & effectibus Dei est Prouidentia: ubi doctrinae Syrenij, & Molinae animaduersione.

1. Iustus Syrenius 4. de fato capite 25. Monstrosos effectus, & casuales, & fortuitos à Dei prouidentia extrahit: dum casuales esse, casuque accidere, respectu etiam Dei, dixit. Quod enim alicui ex sua prouidentia, scientia, voluntate, & intentione aduenit, non casu, & fortuito euenit, sed ex prouidentia scientia, & intentione ipsius. Addit vero casuales, & fortuitos esse respectu Dei, non, ut seipso ac per se ipsum operatur, sed, ut mediate per causas operatur particulares: atque hoc modo vitare videtur absurdum illud, quod ex absolute dicta propositione illa prima inferebamus: nempe monstra, & fortuitos nobis euentus diuinæ prouidentie absolute non subiacere. Infert autem inde: respectu Dei, ut per causas particulares etiam operatur casuales simul, & fortuitos esse monstrosos effectus & casus omnes, & non casuales, & fortuitos, intentos, & non intentos pro causis per quas mediate operatur diuersitate. Quod enim, ait, ouis à lupo rapiatur, ut per ouem mediate operatur Deus, fortuitum, & casuale, & prater Dei intentionem est: secus autem, ut mediate operatur per lupum; nam per ouem eius conseruationem, ac subinde à Lupo non deuorari intendit, ac vult; ut autem mediate operatur per lupum huius esum, & cibum ac subinde ouis deuorationem vult, & intendit.

2. Certe si additionis huius doctrinam solum Syrenius posuisset (quidquid de eius veritate sit, ut infra videbimus) nihil censura dignum, atque errandi periculo obnoxium doceret. Sed tamen cum propositionem primam absolute posuisset, censoria virga manet obnoxia: maxime cum additionis huius doctrinam, & exemplum ad confirmationem, & explicationem absolute suæ propositionis illius primo posita, potius quam ad moderationem, & temperatam adhibuerit: in quo à bona etiam consequentia deficit. Etenim à propositione solum secundum quid, & cum addito vera, absolute inferre, & admittere mala aperte consequentia est, quam ne pueri quidem logici patientur. Sed Syrenius nec semel, nec dissimili erroris periculo eo inferendi genere usus est. Nam libro quinto de diuina Prouidentia capite 12. sub init. voluntates, & operationes nostras prauas, temeræ, & fortuito etiam respectu Dei vtique euenire fatetur nos catholicæ posse eodem consequentiæ vicio docuit, ut ex ipso recitabamus questione tertia, certamine primo, numero secundo; id quod probat: quoniam illæ omnes contra Dei voluntatem, ac subinde intentionem eueniunt: cum tamen, ut absolute fortuito, & casu respectu Dei vtique euenire, ac subinde diuinæ prouidentie non subesse dici non solum catholicæ, sed vere adhuc, posset, oportere, ut neque ex scientia (iuxta Boëtij & reliquorum Doctorem memoratam casus & fortuiti definitionem) neque ex voluntate permissua Dei prauæ nostræ voluntates & operationes euenirent & hæc ne aliquis ad Syrenij doctrinam offendar præcauisse sit satis.

3. Tutius bonæ consequentiæ attentior Pernotus 7. propugnaculi capite septimo numero quarto docet monstrosos effectus casuales & fortuitos esse non quidem absolute Deo, seu respectu Dei, sed solum respectu primariæ intentionis Dei, licet respectu intentionis secundariæ Dei ipsius casuales, & fortuiti, quare nec Deo absolute casuales & fortuiti sint; nec tales esse Deo dici absolute possint. Probat: quia Deus intentione primariæ, & quasi de suo, atque ex se habita non, nisi bonum, & perfectum intendit: cuiusmodi monstrosi, &

defectuosi effectus non sunt: quare nec possunt esse contra prater. imò, & contra primariam Dei intentionem, casuales subinde ac fortuiti respectu primariæ intentionis Dei euenire. Respectu autem secundariæ Dei intentionis, quam non ex se, ac prius de suo, sed attento causarum naturalium influxu & concurrentia, cum effectibus illi producendi sunt, ac producuntur, nec casuales nec fortuitos esse: Cum Deus exigentia coniuncti illius causarum annuere intendat; ex quo non casu quidem, sed naturaliter defectuosi illi, & monstrosi effectus procedunt id quod è Sancti Thomæ sententia esse videtur questione 23. de veritate articulo secundo dicentis. De prima intentione natura esse, quod animal perfectum producat, sed, quod producat animal imperfectum est ex secunda intentione natura: quia ex eo, quod non possit trahi suam imperfectionem trahere formam perfectiorem, trahit ei id, cuius est capax.

4. Denique (ut omnes Dei prouidentiam erga effectus defectuosos, & malos ac fortuitos, & casuales opinioniones immediatæ, & directæ attingentes referre aboluimus) Molina noster 1. part. quæst. 22. artic. 4. dicitur Deum effectum casualium infortunatorum, qui ex libera creaturæ operatione (etiam non praua moraliter) proveniunt, immediatam prouidentiam non habere, sed solum præscientiam, & permissuam voluntatem: ut satisfactionem libera sua voluntate, & determinatione, autem ingredientis ad natandum, & similium. Cum autem mediatam prouidentiam in Dei scientia, & voluntate permissua Dei, nec nisi ob finem vtique aliquem habenda admittat, casuales, & fortuitos respectu Dei esse omni sensu negat. Dixi hanc solum Molinæ opinionem restare, ut omnes hæcenus excogitata opinioniones immediatæ & directæ Dei prouidentiam erga monstra, & mala physica & infortunatos effectus casualesque, & fortuitos attingentes recenserent: indirecte enim per consequentiam, & mediate ad eas etiam spectant: an Deus faciat, ac velit monstra, & casuales defectus, & fortuitos monstrosos, & defectuosos realiter formari sint. Negant quippe Sancti. Bonaurent. in 1. d. 17. artic. 1. questione 2. corp. & ad argumenta. Richard. Abi artic. 4. corp. & ad argum. quia casuales & fortuiti effectus sunt defectus intentionis in causa, quæ à Deo non est: secundò: quia temerarium, quia tale, non est à Deo vtatur. Tertio: quia, si à Deo casus & fortuitus quia tale sit, & causetur, erit fortuitum & casuale respectu Dei.

5. Sit prima conclusio. Monstrosi, & casuales effectus tales non sunt respectu Dei, ac subinde diuinæ subiacent prouidentie. Probat ex Sapientia. 1. 1. vbi de scientia Dei practica (quæ idem quod prouidentia, nec sine Dei voluntate est) dicitur. *Mem. 12. (in antiquam fiant: monstrum autem in principis casualitatis fortuitis est: respectu autem eius, qui aliorum eorum scientiam practica, & voluntatem præhabet, casus fortuitus & prater intentionem non est, cum casus (ex Boëtio iam recitando, Aristotele, Philosophis & Theologis cunctis) non solum non intentus, sed inopinat ei, cui casus, & fortuitus est, esse prius debet: inde Boëtius 5. de Consolat. prola 1. circa medium respectu collectionum causarum omnium, à quarum multo per se causetur, casum esse posse concludit. Sic enim (ait) eueniente in ordinem cuncta Deus loci est solus meriti reliquus potest. Vnde statim colligit cum Aristotele, & aliis Philosophis casum solummodo respectu causæ particularis illam neque intendit, nec per se causantis esse posse: sic autem inferius concludit. *Locus igitur definire casum: esse inopinatum, & ex consequentiæ vero, atque confluere causas facit ordo ille inevitabilis connexionis procedens: qui de prouidentia fonte descendit, & suis temporibus disponit: quod exemplo bonorum ex eodem fonte manantium, & iterum in eundem alium confluentium illustrat metro 1. Nazianz. orat. 3. contra Iulian. colum. 4. numero 13. Velut per circuitum quodam mundum hunc vniuersum gubernat, ac moderatur: & que omnes nostras fluctuant, simul, mouentque fluctuant, & qua per mutationes quidem mouentur, ac fluctuant, & quæque aguntur, aliaque aliter se habeant, ut quæ-**

non ad diuinam providentiam ordinem, & constitutionem fixa, & stabiles sunt; etiam per contraria gradiuntur, orat. 1. in plag. gradin. colum. 2. n. 4. exponit unde huiusmodi plagæ, & flagra oriuntur, & quæ sit eorum ratio: verum inordinatus quidam, ac propositus, & gubernationis omnis expertus universitatis motus ac temeritas; tanquam videlicet, nemo sit, qui rebus moderandis præsit, & denique casus hac ferat? An potius universæ hæc verum moles providentia frano (cui casus non est) eam ducente in adversum moveatur, & collocetur? Hoc vtiq.

6. Augustinus quæstione 4. ex octoginta tribus init. Quidquid casu fit, temere fit: quidquid: mere fit, non fit providentia. Si ergo casu aliqua sunt in mundo, non providentia universis mundis administratur: atque à negatione consequentis negationem antecedentis ita concludit: Illud bonum cuius participatione sunt bona cetera, quæcumque sunt, non per aliud, sed per seipsum bonum est quam diuinam etiam providentiam vocamus. Nihil igitur fit casu in mundo, scilicet respectu Dei, cuiusque providentia; per quam fit: in Plal. 31. ad id verum tam in diluvio aquarum multarum aut: si casibus reguntur homines (etiam respectu Dei) nulla providentia, aliquid geritur. Et 3. de Trinitate capite 2. sub init. de seculis luminarum & raro existentes: etiam specio: syderum, & terra motus, & monstrisq. parvis animalium, & quæcumque similia, quorum nihil fit sine providentia Dei. 5. de Genes. ad littid. Plalm. 148. ignis grando, nix, glacies, spiritus procellarum, & quæ faciunt verbum eius: notat contra putantes partem æris inferioris casu non providentia agi dictum esse: his verbis. Nihil enim, tam videtur casibus volui, quam omnes ista procellosæ, & turbulentæ qualitates; quibus cæli huius inferioribus (quod non immerito terra nomine deputatum est) facies variatur, & vertitur: sed, cum addidit: quæ faciunt verbum eius: satis ostendit eorum quoque verum ordinem diuino subditum imperio latere nos potius, quam universitatis diuine nature. Prosper in eadem Plalm. verba. Quorum nihil fortuitis moribus subiacet: & singula quæque eius letitia seruiunt, qui, ut vult de omnibus, atque in omnibus secundum causas occultas ratione operatur: & sent. 28. ex Augustiniani. Cum Saluator dicit unum passerem non cadere in terram sine voluntate Dei, & quod senem ægi, quod post paululum mitemum est in clibanum, ipse tam formet ac vellet: nonne conformatur non solum istam mundi partem rebus mortalibus, & corruptibilibus deputatam, verum, etiam viliissimas eius, abiectionissimasque particulas diuine providentia regi: ne fortuitis perturbati moribus ea, quorum casus comprehendere non possumus asserimus? Anselmus circa med. elucid. rogat. Actidit quia casu? Respondetur. Nihil omnino sed ordinatione. Inferiuscule, Casus nihil est. Scriptum autem est (Job. 1.) nihil in terra sine causa fit.

7. Ratio prima. Casus est inopinatus euentus, ex Boetio recitato numero quinto & Philosophis & Theologis cundis: ergo respectu Dei omnia præscientis, autemque eueniant, nihil est casus. Vnde thesauri inuentio à sorsore scientie inueniendum casus ipsi non est: vt bene Aristoteles secundo Physicorum capite quinto & sexto à textu 51. Secunda ratio: quia casus debet esse præter intentionem, & ordinem causantis, cui casus est, & quod subinde causa illius per accidens sit, vt ait Aristoteles citato capite 5. Damascenus 2. fide capite 2. circa medium, omnes Philosophi & Theologi. Nihil autem, quod ex præscientia alicui euenit præter omnem eius intentionem, etiam permissum, euenit. Nihil autem est quod non ex scientia Dei sit, ac subinde intentione, permissum saltem, si praua actio est, & ordinatione postitua, si solum physice malum, & defectuosum sit: ergo nec casus respectu Dei. Confirmatur: quia nullus effectus extrahitur ab ordine, & intentione cause vnius adhuc particularis, vt casus respectu illius esse possit, nisi per aliam causam impediendam causæ illius ordinationem, & determinationem de sese ad agendum: quod ab aliqua causa accidere causæ primæ vniuersali l eo repugnat. Vrgetur: quia monstra, portenta rarique, & casuales effectus omnes vitra intentionem physicam, & naturalem exigentiam coniungunt causam naturalem consequentem ad cuiusque effectus productionem, non sunt, sed iuxta coniuncti illius determinatam actiuitatem, & exigentiam; tamen respectu causæ cuiusque illius coniuncti, nec iuxta determinatam actiuitatem, & exigentiam, seu intentionem sit: quare, etsi huic sit casualis, secus autem omnium coniunctio: ergo multo minus erit præter Dei, illud coniunctum libere, & ex aliquo sine disponentis intentionem. Tertia ratio: quia causa respectu cuius euentus casualis est, non est causa per se euentus casualis, sed per accidens: atqui Deus nullus effectus potest esse casualis respectu Dei. Maiore est Aristotelis secundo Physicor. capite quarto, textu quarto collato cum capite sexto, text. 66. & 67. Sancti Thom. 3. contr. gent. capite 86. med. & 1. parte, quæstione 19. articulo sexto corp. & 1. 2. quæstione 109. articulo primo ex Auicenna 10. metaph. capite primo, idcirco reducente effectus sublationum in motum celorum, Sanctus Bonaventura in 2. d. 37. articulo secundo, quæstione secunda, in sed contra Oxami quodlib. primo, quæstione 17. Richard. ea d. 36. articulo quarto, quæstione 1. ex Auicenna 1. Physicor. cap. 14. Damasceni, Nemesij proxime, ac Philosophorum & Theologorum omnium minor probatur: quia causa omnis per accidens in causam superiorem aliquam per se reduci debet: vt iidem docent; quod supremæ causæ Deo repugnat.

8. Ob præfatas rationes naturales, seu demonstrationes, nihil in vniuerso monstruosum, & casuale respectu Dei esse; sed, quidquid tale respectu causæ alius secundæ particularis est, ex scientia intentione, & providentia Dei euenire docent Philosophi Sapientiores citati, & recitati à nobis quæstione tertia, certamine 1. ab init. ad numerum 5. inclusive item Ammonius in Porphyrium. Ioannes Grammaticus in 2. Physicor. vbi etiam Simplicius, & in 1. de celo text. 51. quibus alioribus fidei nostræ fundamentis innitentes consentiant Catholici Theologi omnes ad vnum. Magister in 1. d. 4. cap. voluntas ergo vbi omnes eius interpretes ex Augustino 3. de Trinitate capite secundo sub init. à nobis recitato supra Alexand. 1. part. quæst. 26. metaph. 4. 2. 2. Magnus Albert. 1. part. quæst. 67. metaph. 3. Sanctus Bonaventura in 1. d. 45. dub. 4. & in 2. d. 37. artic. 2. quæst. 2. Sanctus Thomas 1. part. quæst. 19. artic. 6. corp. quæst. 22. artic. 2. ad 1. vbi eius interpretes omnes Caietan. Bafiez. Valsequez. Molina. Zamel & reliqui, & quæst. 103. art. 7. ad 2. & 3. quæst. 116. art. 1. corp. & ad 2. 3. cont. gent. capite 92. verit. fin. quæst. 2. de verit. art. 14. ad 5. quæst. 3. articulo 8. ad 3. Richard. in 2. d. 37. toto art. 4. maxime q. 2. Carthus. in 1. d. 39. quæst. 3. col. 2. §. Præterea de hac materia. Durandus ibi quæst. 3. art. 2. n. 9. Capreolus in 1. d. 40. artic. 2. concl. 13. Eggydus in 2. d. 11. quæst. 1. articulo 2. corpor. Okam. proxime Henric. quodlib. 6. quæst. 19. præcipue à medio, Ferrara 3. cont. gent. cap. 93. paucisque verbis scholæ omnes Thomistica vtiq. Dominicana, & Iesua nostra, Scotica, Nominalis, & Durandina Porro ex dictis hæcenus eius quæstionis (an aliquid in rebus & actionibus liberis nostris, etiam prauis contingens respectu diuine providentia dici debeat?) facilis se dat resolutio vnica conclusione negatiua: omnis finis variis conclusionibus, contra quinq. modos affirmandi propositos à nostro Ruiz disputatione prima, sectione noua, & rationibus aliis postremæ, & generalis sue conclusionis, ab statim assignanda missis etiam.

9. Sic ergo secunda negatiua conclusio: quia effectus omnes naturalium causarum ab efficaci natura sua Dei voluntate, & providentia necessario, & ex antecedente necessitate natura, & causalitate ipsorum productionem proueniunt: quare, & ita sunt, vt ne pro priori quidem nature ad sui absolutam positionem, posita diuina de ipsis providentia poterint non poni: quare nec libere in se ponuntur, ac diuine providentia coniunguntur vt illi non coniungi absolute potuerit, ac subinde illi contingenter iungantur. De liberis nostris actionibus perperam schola Thomistica Dominicana inde contingentiam respectu diuine providentia negat: quia hæc decretum prædetermina-

H h 2 cium

Christoph. de Ortega de Deo vno, Tomus II.

tium earum necessario claudat; nec multo melius
e nostra; Thomistica etiam, seruata aliquot: quia
earum praefinitionem scientia media regulatam includat:
vtriusque enim libertatem nostrarum voluntatum & actio-
num euerit (et si clarius, & notius primo decreto quam se-
cundo) satis contendimus t. r. de Deo vno controu. 3. d. 1.
& tom. hoc 2. contr. de volunt. d. vlt. Pennotus vero contra
5. propugnat aculum, ut libertatem arbitrij & operatio-
num nostrarum seruet illam earum contingentiam
respectu diuinae prouidentiae admittit, cui praefuit Conra-
dus 1. 2. q. 79. art. 1. §. Nota talis inquam: sed hi etiam ab-
errant a vero: quia, cum diuina prouidentia de liberis
nostris actionibus nullam de sese intrinsecam connexio-
nem, & efficaciam includat, sed solum ratione scientiae
mediae, qua regulatur connexionem habeat, quae logi-
ca solum, & consequens est, & necessitatem solum conse-
quentem habet coniunctionis cum effectu purificata con-
ditione, & eius seruat respectu arbitrij nostri contingen-
tiam, non minus quam effectus ipse liber, à quo demum
scientiae & prouidentiae positio pendet, suae causae liber-
tatem non laedit, etsi necessario, ac non contingentem ex
suppositione, quod sit, seu quamdiu esse debeat de quo
d. 2. & t. r. de Deo vno cap. & hic contr. 7. de scientia, qua
praedestinatio & decretum auxilij efficaciam collatum re-
gulatur, agentes dicemus quae nunc proximas con-
clusiones apparenter oppugnant tertia conclusionem dis-
parent.

10. Dico tertio contra citatos num. 4. sine. Monstra,
& casuales, & contingentes nostros effectus qua tales, &
casuales sunt, vult & causat Deus: Non loquor de prae-
tis hic, & nunc actionibus nostris, quae solum permittit,
nec adhuc interpretatur, sed serio prohibet, & auersa-
tur, atque ut non sint quantum satis est, & ultra ex parte
sua facit, & praestat, de monstris & casualibus natu-
ralibus. Probatur: quia monstrum ex Aristotele 4. de
generat. animal. cap. 4. & 2. Physic. text. 83. & Doctoribus
cunctis. *Monstrum est effectus naturalis à sui agentis na-
turalis perfectione raro degenerans: ut homo v. g. biceps,
aut monoculus.* Atqui Deus vult, ac sua prouidentia fa-
cit, & disponit, ut effectus à sui agentis perfectione raro
degeneret fiat: ergo vult, & causat monstrum qua tale.
Probatur minor: quia vult & causat Deus, itaque prou-
identia disponit coniunctum causarum omnium con-
sistentium, aut ita degeneres, & raro à suae causae perfec-
tione egrediantur, & fiant. Quo ipso argumento de
casualibus aliis effectibus, non adeo raris, & similiter
de contingentibus, & liberis nostris actionibus non prae-
uis moraliter. Probatur: quia ad vtrorumque casualita-
tem, & contingentiam collectionem causarum, ut casu
respectu causae particularis cuiusque, & actiones liberae,
& contingentes, non praeuis à nobis fiant Deus disponit,
ut bene obseruat Sanctus Thomas 1. part. quaest. 19. corp.
fin. & quaest. 22. art. 4. corp. fin. & prior Dionysius 4. de
diuin. nomin. Nec tamen inde (ut ij contra quos datis
conclusionibus pugnamus contendunt) inferat respectu
diuinae prouidentiae effectuum monstruositatem, ca-
sualitatem, & contingentiam intendentis, & causantis,
monstruosos, casuales, & contingentes esse: sed solum
respectu causae particularis, à cuius perfectione raro
effectus monstruosus degenerant, & à cuius intentione, na-
turalique determinatione, & exigentia, ac ordine physi-
coe agentis liberi, praescientia etiam, & ordine inten-
tionali recedunt, casuales: ac denique contingentes, & li-
beri effectus respectu nostri, à quorum indifferenti pote-
state liberi sunt, & denominantur.

11. Imò vero inde potius euincitur, nec monstruosos,
nec casuales, nec contingentes effectus esse respectu Dei
eiusque prouidentiae erga monstruositatem, casualitatem,
& contingentiam respectu causarum particularium se-
cundarum cum id ipsum, & praesciat, & intendat, &
causet, vel permittat saltem Deus: quare nec prae-
ter eius scientiam, intentionem, directamque casualitatem, &
virtutem, alio, quam, quo tendebat, ab illa alia causa
detortam, monstruositas, casualitas, & contingentia illa
procedit: ac subinde, nec respectu Dei monstruosus, ca-
sualiter, & contingentem sit, ac est; fieret autem & esset,
ni directè praescita, intenta, & causata vel permittit à
Deo fuisset. Confirmatur: quia ut bene Sanctus Thomas

quaestione 22. articulo secundo ad 2. *Corruptiones, &
defectus in rebus naturalibus dicuntur esse contra
naturam particularem; sed tamen sunt de intentione
naturae vniuersalis; in quantum defectus naturae est
in bonum alterius, vel totius vniuersi.* Vocat autem na-
turam particularem, quae rei cuiusque est; vniuersa-
lem rerum coniunctam, ex quo defectuosi calca-
les effectus proueniunt, quatenus altera alterius, vel
omnes in vniuersi commodum naturae inclinationes pro-
pendent, vel Deum, qui eis commodis intencus, rari-
de ea natura propensione prouidit. Et hac quidem do-
ctrina penetrata, vnde contra praefatas conclusio-
nes aduersariorum argumenta, quae ex illius attentione
minore orta sunt, prorsus evanescent; vident illa,
qui vult, apud nostrum Ruiz sectione septima ad iura
& solutiones sectione octava, ubi numero decimoquo-
to, argumento aduersariorum à simili delumpto et mi-
raculo, quod tale esse aiunt respectu Dei nostras & suas
conclusiones confirmat, quia respectu Dei nullum mi-
raculum esse potest ut Sanctus Thomas bene obicit
2. part. quaestione 105. articulo octauo corp. finem.
*Nihil potest dici miraculum comparatione potentiae di-
uinae: quia quodcumque factum diuinae potentiae cum na-
tura est minimum.* Quantumvis respectu potentiae crea-
tae magnam sit, & excedens. Vnde argumento aduer-
sarium inuerso legitime inferunt: respectu Dei, cuius-
que prouidentiae nihil contingens, casuale & monstru-
sum esse: ex priori Sancti Thomae testimonio, & dicit
quaestione tertia de Dei erga actiones praeuis prouiden-
tia, quomodo monstra, & defectuosi effectus, et ma-
la physica sint in se, possunt vniuersi maiori perfectione
inferuire, vel rei alterius bono, ac obinde à Deo in-
ordinari, ordinari, ac prouideri, vel etiam ob finis alios,
quibus inferuire valent, libere à Deo praedestinari, ut
vltius addebamus, & quidem est intra suas species
defectuosa monstra sint, aut aliquid diuinae bonitatis
physice participant, & imitantur ut amati à Deo
possint, & amantur, cum ab eo de facto, & absolute
sunt.

12. Dico quarto contra nostrum Molinam, informatam
euentibus ortis ex liberis creaturae actionibus, & appli-
cationibus, etiam prauis, non permittit solum, sed
positiue erga illos prouideri Deus: dixi ortis à liberis
actionibus etiam prauis, non autem de actionibus
etiam prauis, quae sunt euentus nobis omnium inuisi-
bilissimi. Eis quippe Catholici omnes cum Molina con-
ueniunt Deum permittit solum voluntate prouideri.
Nec de eis Molina specialem hanc suam conclusionem
posuit. Probatur conclusio: quia, etsi libera crea-
turae actione effectus informati pendent, verbi gratia,
suffocatio ingredientis libere ad natandum, vel gra-
dientis vltro per anfractuam, vel eminentiarum calima-
na lubrica, & gressu difficilia praecipitium; tamen ut suf-
focatio, vel praecipitium, & similia de facto eueniant
plura alia positiue consunt, & plura impediunt re-
mouentur. Accedit, quod eorum pleraque effectus
praedestinationis sunt, ut in gratia decedant, qui, si
infortunatis illis effectibus perirent, à gratia sua pec-
cando deciderent; alij vero, si naufragio diuitias pec-
torent resipiscerent, quod prosperis potius euentibus aug-
mentarent. Certum autem est effectus omnes praedesti-
nationis, & media omnia nos ad meliorem frangem ab-
uocantia, non permittit solum, sed positiue ipsorum
voluntate à Deo prouideri. Denique plerumque in
penam peccatorum infortunia maxime posita, &
iustissima voluntate, & prouidentia Deus disponit.

*An Deus creatis cunctis immediatè per
se ipsum provideat.*

CERTAMEN I.

*Philosophiae Principum, Platonis, &
Aristotelis errores.*

2. Et de Platone quidem confat in Timæo, seu lib.
de natura populi init. dilige: *μολυσμάτων & φανταξ*
*ἐκ τῆς αἰσθητικῆς ἀνάγκης ἵνα ὁρῶντες ἐν ὁρίῳ τοῦ κακοῦ ἀπὸ τοῦ
καλοῦ ἴσμεν ἡμῶν τὴν ἐμπερῶσαν, ὁμοιοῦντα πρὸς αὐτὴν ἔχοντες
καὶ αὐτὸν θεὸν ἐκ τῆς αἰτίας τῆς οὐκ ἔσσης, καὶ τὸν πάλαι
ἐκείνην, ὅτι κενεὴν ἦεν ποιεῖν, ὁρῶντες, & Dialog. 10.
de leg. pop. med. ait: scire Deos non esse res parvas con-
munitas, & nec voluptionis, pigritiæ, vel doloris causa
amittendas, & ita exemplo confirmat illos tanto a nobis
relictos. Officium quoque peritioris fuit, sapientia arte vobis
in propriis istorum spiritibus: & parva simul, & magna
æquequies, absolutiusque perficiunt, Deos vero qui
sententiam est: & curare potest, ac cunctis, & parva
que facilius gubernari possunt, propter pigritiam, &
iracundiam negliges: nullo modo. Hæc pro sententia
Platonis de immediata Dei per se ipsum erga creatura
omnia, & singula providentia. Nihilominus censet
tillam erga omnia immediatam non affuisse, Nam*

3. Accedit Patres antiquos Platonice doctrinæ studiosissimos, adiectissimoque, vt plurimum Afflicta, ita de eius in re hac mente censuisse. Nilusen 8. Philosophi, cap. 3. & 4. seu porius Nemesius de animæ facultatibus cap. 44. init. Cyrill. Alexand. 2. contra Iulianum sub med. & libro tertio post med. *paragraphi*, *Non ex eis solis*, Proclus 6. Theolog. Plat. cap. 6. Plutarchus de fato. Marcellus Ficinus in Protagora, & de Theologia Platonicis cap. 1. & lib. Plotini de pulchritudine cap. 5. Confirmatur: quia ad purum Platonici Philosophi, ac doctrinæ Platonice in omnibus tenacissimi ita ex Præceptoris sui sententia de coram corruptibilium diis creatis, iure intelligentiis à Creatore Deo demandata aiebat: vt quosdam dæmones, id est Angelos, corruptibilis hominibus actionum custodes, ac prædices confutatos à Deo docerent: penes quos rerum agendam administratio existeret; & bonorum fortunæ causa esset, eorum doctrinam statam & concordem recitat Augustinus 9. de ciuitate cap. 1. *Confutatio esse medios Angelos inter homines, & Deos: vt hinc perferant desiderata, inde referant perpetrata*. Confirmatur vrgentius. Nam Aristoteles Platonis auditor, cuiusque doctrinæ in perisque aduersus, alitè adeo hunc ex Platone errorem, exhibet, vt cum eummet ipsum non puerit, proprium tandem erum fecerit, lib. de mundo ad Alexandrum sub med. dicens: Deum non per se immediate, led medius adimpleris causis omnia, minima erum, gubernare, vt Perfurum Rex omnia sui Regni per suos ministros gubernat: & quamuis hic liber explorato Aristotelis non sit, valde tamen hac sententia ex alio eius errore iam recitando Aristoteles fuisse conuincitur iudicio recte S.H. t. i. p. q. 22. art. 3. corp. hunc indubitato errorem Platoni adscribit.

4. De Aristotele obiectum sententiam tulimus Platonis errorem memoratum ebibisse. Ne tamen Praecepto-
ri profus confiteretur praefatum errorem, & aliter fua-
dauit, & auxit. Non enim idē Deo immediatam, & per
se ipsum creaturam imperfectiorem curam, & providen-
tiam denegavit, ne corruptibilem, incorruptibilem quasi
& contactu diuino, fierent; sed quia coram cura, & pro-
videntia per se ipsum immediate Dei maiestatem dedece-
ret, haberecur a Deo per virtutes administratas me-
diata decenter, & dignior, vt exemplo Regis Persarum
ostendi putabat: cuius, & regum similia maiestatem
per ipsos de vilibus, & abiectis immediate curare, ac
providere minime decet, & 12. metaph. cap. 9. eide[m]
insistens rationi, ait. *Abstergeque epimam mentem de
quibusdam cogitare: & melius esse quam non videre,
quam videre.* Quod non de pure speculativa visione di-
xit, (vt vidimus contr. de scientia tom. 1. de Deo) sed de
practica scientia, profusius, & consultius dispositionis
rerum, quarum curam habeat: hoc enim, & verbum
cogitare, & contextus suadet, & verbum *videre*, quod
solum speculatiuum cognitionem sonat. Nam, etsi *vi-
dere*, physice loquendo solum obiecti visionem, & ad-
spectum sonet; in politicis, & moralibus, agendique
quibusque tantumdem valet, ac providere de electione
dispositioneque rerum agendam. Sic vulgo, cum ali-
quid a nobis agi petitur respondemus, nisi statim rei agen-
dae, & dispositionis conuenientia se prodit. *Videbo* & his,
qua & rege Hispano praestari petimus, quasi ex lege &
prelo responsum illud est: *nolo vereri.*

5. Ampliavit, & extendit Aristoteles Magistri Platonis de mediata solum per Angelorum ministerium Dei erga creatura subalternaria providentiam, asserens: primum corpus à Deo moveri; cætera verò corpora moveri à primo

illo, nempe caelo: sublanarium scilicet, motus omnes, & proinde gubernationem, non Angelis, siue intelligentiis, sed caelo à Deo commissam esse docens: vt videre est 12. metaph. cap. 2. tex. 37. in quem errorem ex praua locorum scripturæ, quam legit intelligentia incidisse censent Patres à nobis citati q. 2. cert. 1. n. 1. Sed text. 52. fine & 8. Physic. inter med. & fin. docuit singulorum prouidentiam, & gubernationem immediatam naturæ incumbere; quare mediatam solum naturæ conditori Deo concessit: quem etiam errorem 6. Ethic. tradidisse his refert Nemefius lib. de facultatib. animæ c. 44. col. 2. Aristoteles à natura sola vult administrari singula: vt 6. Ethic. ad Nicomacum obscure significat, scilicet locis ex eo libro recitatis q. 2. cert. 1. nu. 2. Naturæ verò nomine, nihil aliud intelligit quam rei creatæ cuiusvis, ex quibus vniuersum constat, & omnium conuictum sumptuum naturas, & natuas inclinationes ad suas operationes commodum, & conseruationem, & sui, & presertim vniuersi cælestium corporum, & causarum vniuersaliorum, quas in creaturis recognoscit virtute, & influxu temperatas. Naturæ verò Auctorem, primumque motorem Deum, earens solum de medijs, vt suam naturam quævis, & particularis natura, & natura vniuersa, seu vniuersum totum conseruationem commodum, & finem assequeretur, prouidisse, quatenus naturæ eam natum inclinationem, & naturalem impetum ad ea omnia indidit, cum eam condidit.

6. Cum autem is solum Aristotelis in hoc suo errore non omnino vecors, & infans, satique ab ipso locis ex 6. Ethic. infirmatus sensus esse videatur: non nimium ab eo errore distare mihi visi sunt Durandus, & Adola concursum immediatum Dei cum causis secundis ad suos effectus negantes, vt vidimus in Physicis, contr. de actione, & passione, ubi Durandi sententiam aliunde confutauimus, quin ab hoc absurdo, (quod non mediocre sed magnum est) illam confutarem. Etenim, si semel productis causis creatis Deus cum eis ad suos effectus non concurrat, sed se solis illæ immediatè, & adæquatè, iuxta suam quæque virtutem, & natuum inclinationem impetumque eos edunt: nihil à prima mundi constitutione à Deo immediatè productum est, neque vterius prouisum in naturalibus effectibus (cuiuscumque generis) immediatè est: immò neque in liberis: quorum, scilicet, absque libertatis læsione seruandorum gratia in primis concursus Dei cum agentibus liberis negatus ab his est (vt expressior Adola declarat) indeque consequentiæ ergo, & cum causis creatis naturalibus negatur.

7. Erroris Platonici, & Aristotelici particula est Iulij Cæsaris error à nobis ex Luciano recitatus q. 4. cert. 1. n. 4. censentis Deum à vulgari hominum prouidentia vacare, Principumque, & Imperatorum vulgi prouidentiam immediatam committere: vt autem appareat, ad quam leuia offendicula, quantaque inconsequentia Plato, & Aristoteles in communem vtrique errorem incurserint, Deoque immediatam prouidentiam corruptibilem & sublanarium rerum denegarint, vtriusque fundamenta ipsorum principio de creatorum omnium immediatà à Deo productione, & creatione aduersantur. Etenim si ex immediato Dei quasi contactu per immediatam prouidentiam Dei de ipsorum conseruatione, & commodorum, ac finis cuique proprii assecutione corruptibilia incorruptibilitatem Dei immediatè ipsis prouidentis participarent; citius planè ex immediato Dei concursu, & efficientia ipsorum entitatem inime pertingentem Dei eorum conditoris participarent incorruptibilitatem: quare nisi negata Deo prima rerum per se ipsum immediata conditione, immediata earum prouidentia ipsi obinde negari consequenter nequit: sed neque ob indecentiam immediatæ prouidentiae earum in Deo ab Aristotele somniam: sapienter enim subtiliterque Ambrosius 1. Officior. cap. 13: *Si non est prouidentia Dei minimissima, quæque res facit: ergo nec regere. Specialia verò argumenta, quibus hic error, & alius peculiaris Aristotelis de rerum immediata prouidentia, & gubernatione à natura sola confutantur, certam, sequenti affricimus.*

CERTAMEN II.

Dei Prouidentia immediata erga res creatas omnes, & singulas Fidei, vt minimum, proxima est, & à Patribus tradita.

1. **P**robatur prima præfixæ conclusionis pars ex ipsius proutestimonij datis quest. 4. certam. 1. modis enim omnibus, absque vilo discrimine, Dei de causis prouidentia asseritur, nulla mediationis, & immolationis respectu vnius, quam alterius creaturæ differentia assignata: quin testimonio illo ex sapientia, aequaliter est illi cura de omnibus nulli creaturæ mediatus, aut immediatus, quam alteri Deum prouidere manifestè docemur: quare communis Platonis, & Aristoteli error de immediata Dei prouidentia respectu intelligentiarum, vel calorum, mediata vero respectu sublanarium, & corruptibilium aperte relictus. Superdem non æqua nobis cura de his est, quorum curam, & prouidentiam alijs delegamus, ac de iis, quorum per nos metipsos curam, & prouidentiam agimus, & habemus. Indeque erroris huius frustrum, vel cinis al instat à Iulio Cæsare ex cogitatus error ablegatur. Inter cæta tam hi errores, quæ error Aristotelis de immediata prouidentia à sola natura repugnant vtriusque Sap. 14. *Attingit à fine vsque ad finem fortiter, & sapienter omnia suauiter.* Dispositio autem hæc à Deo, & per Deum hic asserita immediata est prouidentia, omnia pertingens à fine vsque ad finem (scu à maximo Angelique ad minimum vermiculum, vt ex Bernardo recitamus q. 4. num. 1. fine).

2. Huc etiam facit illud Psalmi 146. *qui producit montibus fœnum, & herbam seruituti hominum, qui dæ iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum trauit eam.* Hæc enim prouidentiam de alimento horum animalium in Deo docent: & immediatam, & per se ipsam à Deo, vt verbum produci demonstrat; cuius locum significatu sequenti versu verbum dæ. possumus esse. Prouidentia enim, absolute dicta, de immediato agere solum proprie dicitur: non de mediato, nisi cum addito modulationem concursus, & actionis denotante. Nec alio modo, quæ Christus Dominus Matth. 6. & 23. Lucæ de Dei erga viles passerentis, quorum nullas absque Dei voluntate cadere, ac subinde, nec viuere, & feruari dicitur: de liliis agri, quæ à Deo ipso vestiti ad id spectant dicitur: de capillis capitis nostri, quos à Deo numeratos, ne absque eius scientia, & cura deciderent ex capitis nostris, ac pereant: Deum per se ipsum immediatè, ac non solum mediatè, & per aliquem ad id à se conditum, curam, ac scientia, & voluntate propria, nec solum alterius, cui commiserit, prouidentiam rerum, etiam minimarum omnium habere, aperte demonstrant: item illud Matth. 8. de dormientibus Christum orantibus, vt ingredi porcos permitterentur iuxta Cyrilli Alex. doctam obseruationem à nobis notatam quest. 4. certam. 4. num. 1. versus finem. Quod si, animalibus fordidis, ac vilibus, herbis, folijs rosarum, & fœno, igitur, & sterquilino natis, se ipso prouident Deus, nec solum mandata alteri cura: citius de illis omnibus longe perfectioribus, se etiam ipso, immediate curabit: argumento, quo Christus Dominus citatis Matth. & Lucæ locis discipulis suadet, ac patet demonstrat.

3. Porro Platonis Platonis hoc ipsum, ac si Christi Domini ore recepisset, docuisse refertur ab Augustino, de ciuit. cap. 14. circa med. cuius verba recitamus quest. 4. certam. 4. num. 1. mod. Patres verò hæc proutestimoniam Dei per se ipsum, nec solum per delegatam proutestimoniam, aut virtutem, siue particularem, siue naturam vniuersam administrant.

administram, creatis providere consone docent, & testimoniis per antecessores questiones omnes recitatis contendunt: ut textibus ipsi, & contextibus facile deprehenditur: idcirco pluribus omissis, nonnulla tantum expressiora ex dotis q. 4. hic memorabo. Primum Apostoli Petri apud Clementem Romanum 10. Recognit. pag. 4. aientis: *generalis autem est, & specialis partium simul* (Dei cura, & de rebus dispositio) *hoc modo: est quasi* (seu qui) *ab initio omnia fecerit Deus, & usque ad finem per singulos quosque providentiam gerat.* Secundum Dionys. 9. de Coelesti Hierar. vers. fin. *unum enim est omnium principium, una providentia: Inferiuscule. Una quidem de omnibus altissima providentia: huc. Nos aperte, planèque docent: unam esse ad omnia pertinentem providentiam.* Non est autem una providentia omnium, & ad omnia Dei, de aliquibus per seipsum prouisoris, & delegati ab ipso mandatarij providentia de aliis: nec tota Dei, & altissima: si naturæ creatæ providentia est, ut pater de diuin. nominib. 6. 7. vers. fin. *Omnium est arifex* (Dei scientia) *& semper omnia componit: estque causa indissolubilis coherentia, & ordinis omnium: sineque priorem, cum consequentium principis semper conellit: & unam universi conspersionem concentumque pulcherrime efficit: quid clarius? Hoc forte ex cap. 8. post med. diuinæ enim iustitiæ (accommoda rebus providentia) omnia disponit, & determinat: omniaque, non consula inter se, nec permixta custodiens, iis, qua sunt, omnibus, quæ cuique accommodatum est, tribuit pro eis, qua unumquodque eorum qua sunt, attingit, diuinitate.*

2. Addendi hic sunt innumeri Patres citati a nobis quæst. 4. certam. 2. n. 9. huic veritati, & sententiæ Dionysij consentientes: item testimonia omnia Patrum, qui providentiæ Dei erga omnia demonstrationes naturales nobis dederunt, recitata a nobis ea quæst. certam. 3. fere toto: omnia enim, non solum Dei erga omnia absolute providentiam, sed etiam immediatam esse expresse docent, & ostendunt. Reolenda hic sunt Augustini Plo-
tino Platonico hac in re consentientis verba data q. 4. cert. 4. n. 1. Platonis, & Aristotelis, qui hanc veritatem arguerunt locis datis ibi num. 3. licet alias ab ea illos desillisse constet. Data insuper ex eodem Augustino ibi demum. 4. & 7. ex Nemesio, & Anastasio Synaita numero quinto.

CERTAMEN III.

*Divine providentiæ erga cuncta creatura
immediatio naturali rationis lu-
minis vicina monstratur.*

Pro immediata hac Dei erga res omnes providentiā per seipsum, ac non per alium, cui eam adhuc delegavit, erga aliquas exercita, totidem quot pro absoluta eius omnium earum, & singularum providentiā absolute posuimus q. 4. certam. 3. demonstrationes extant: ut sola aliqua applicatione ad rem hanc, & explicatione egeant. Prima ex communi omnium hominum sententia, & iudicio, pro sanctis quibusque in materia quam obinendis, atque auerendis a se malis, & infauis precibus, & sacrificiis, & priuatis, & publicis ad Deum recurrentium, & pro obtentis bonis, & malis ad mandatis gratias eidem agendum: si enim eorum omnium eorum omnium providentiā immediatam ad Deum per seipsum non spectaret, sed ad orandum alium, penes quem tota eorum immediata cura esset prouisorum, & ad quem (ni simulator deceptorque esset) oratus semper remitteret aliquando Deus, ne tam diu abertaremus, ipsumque oraremus, fatigaremque precibus importunis. Reolenda verba eo certam. 4. recitata numero 1. ex Nemesio, Tertulliano, & Cypriano numero 2. quorum singulis fere hæc diuine in res omnes, & singulas immediatio conuenit.

2. Demonstratio secunda ex partium vniuersi adeo inter se dissimilium substantia, magnitudine, figura, natura, qualitatibus, & temperamento, motu, inuicem contrariarum, & pugnantium, consonantia, & concordia, qua permanent, & perpetuo imperfectissimum vniuersi ordinem conseruat, ac persistunt immediationem providentiæ Dei in creatura, & singula omnia ostendunt. Hanc demonstrationem, & vniuersum, & speciatim in creaturis aliquot expendebam, certam. illo 4. à num. 3. ad 5. inclusive, ex Aristotele, Athanasio, Eusebio, Boetio, Augustino, quorum verba etiam singula huius demonstrationis pro immediatione providentiæ Dei in omnia robur mirificè explicant, & ediderunt: stat autem in eo: quod partium, adeo diuersarum, & contrariarum, atque inter se pugnantium, ordo, ut per se tam diu, & persistat non minore prudentia, consilio, arte, potentiaque indigeat, quam ea, qua primo inter adeo diuersa, aduersa, & mutuo pugnantia constitutus est: immò, cum pugna, & strages diuturnitate pugnandi incalescant natura sua, & augeantur, maiore arte, & potestate opus esse videtur, ut in pace, & ordine constanter sint, quam, ut primò in eis constituerentur, ni Dei conditoris ars, & potentia ultra eius constitutionem esset infuit maior: si ergo ab immediata providentiā, & cura huius ordinis seruandi Deus, cui conditor, abscedit, ea creaturis aliquot mandata (vni quippe nequit: quia non esset creatura sed Deus, ut argum inferius) elige ergo huic curæ, & providentiæ rerum conditarum mandanda: quas velis creaturas, & Angeli quidem quos elegit Plato videntur aptiores.

3. Sed cum plures sint, ac liberi, atque parti creaturarum alter, alter verò parti alteri tantum (& sic alij & alij) providentiæ huius immediatæ commodiore partitione prouideat: nullus ex eis commodo, & perfectio ordine vniuersi (cuius seruandi cura penes ipsum nec est, nec, nisi cura, & providentiā de omnibus, cuius incapax singulis quisque est, haberi potest) consulet: sed partium quisque suarum studio, & cura commoda vniuersi negliget: præterquam, quod ex sola arbitrij, & voluntatis diuersitate certa adeo constans, & statæ eorum circa ordinem, & dispositionem rerum, conuenientia, atque ordo ipse rerum constans, fixusque est, nulloquam foret: licet alter alteri vicissim suarum partium in hoc, vel illo ordine seruando: immò, & vniuersi conuenientiam ostenderet. Denique: cum hic ordo in rebus plerisque corruptibilibus sit, oporteatque in pereuntium, ac deficientium locum alia, & alia indiuidua, in quibus, & species, & vniuersi ordo, ac splendor conseruetur, denud, & continua in dies producta succedere: oportebit etiam deputatis Angelis immediatis rerum prouisoribus ea producendi independentem à Dei actiuitate, & concursu etiam communicari potestatem: quod cum prædicato creaturæ, essentia sua à Deo in essendo, & operando dependentis, omnino repugnat.

4. Sin verò cum Aristotele & Durando naturæ creaturæ immediatam rerum omnium providentiā, vel partem, vel in totum, delegatam à Deo manis, ut corruptibilium, & sublunarium celo, vel rei cuiusvis naturali impetui, & naturæ inclinationi: cum ea rationis incapacia sint, & providentiæ (que non nisi ex ratione, consilio, & deliberata pro occurrentia euentuum, & circumstantiarum esse potest) incapacibus providentiā alleris delegaram. Rursus nuper factas impugnaciones omnes maiori impetu in te currentes durius excipies. Equis enim cuiusque proprii commodi naturam cuique effrenem inclinationem ad vniuersi commodum temperabit? Equis moderabitur potentioris contrariæ partis vires, ne absumant aduersam debiliorem, ordoque, & perfectio vniuersi nusquam cesset, & constans ac perpetuus persistat? An irrationalia, & in anima sua comitia perpetua habent sententiam dicunt, ut plurium suffragij vniuersi ordo continuus perseueret? Quis demum actiuorem, potentiorumque partem orabit, & apud ipsam intercedet, ut actiuitatem suam moderetur, atque à nativo temperet impetu, ut debilior aduersa perseueret? Mitto delegationem agendi independentem à Deo irrationalibus, immò insensibilibus, & inanimis etiam cunctis necessariam, ut immediata rebus cunctis seu vniuersæ naturæ, providentiā delegetur, ut nuper ostendi: quod sane in

hia

his multo dissonantius, & absurdius est, ac repugnantius. Demonstratio hæc illa Iobi 34. emphatica interrogatione continetur: *quem posuit super orbem terra, quem fabricatus est.*

5. Tertia demonstratio sit ex prima rerum omnium conditione seu creatione, quæ per Philosophos omnes, non Atheos, & Doctores Catholicos à Deo omnium primo conditore est, atque proximis etiam Iobi verbis attingitur: etenim rebus productis per se ipsum providere eius est, qui primo eas produxit, easque alterius curæ relinquere, cum eis possit se ipso providere est prorsus indecens, & vitiosum: atqui Deo primo rerum omnium conditore defectus potentia ad providendum per se ipsum non est: ergo eas, vel earum aliquas, curæ ac providentiæ cuiusvis alterius remittere, ac non per se ipsum providere, indecens, ac vitiosum Deo esset, ac subinde impossibile. Hoc argumentum ita instruebant eo certam. 3. num. 9. Athenagoras Ambros. & Damascenus maiorem eius, nativæ etiam brutorum providendi filii quos genuerant indefectibilique inclinatione, demonstrans. Et quidem feminas, & viros, qui genitos, recensque natos filios aliis alendos, educandos, & de necessariis providendos exponunt, impios scelestos iudicamus: nec ipsi à nostri omnium iudicio discordant, clanculum semper, etiam non turpiter genitos, ita exponant. Gregorius item Magnus inibi recitatus expressius *Deum per se regere, quod per se creavit*, dixit, & confirmavit: atque ab opposito eam demonstrationem instruebat, ibi etiam recitatus Nemesius. Monui autem ibi num. 8. hanc demonstrationem, non ex eo solum, quod res primo produxerit Deus procedere; sed ex eo etiam, quod tam ipsæ, quam earum ordo, & universi pulchritudo persistant. De huius enim persistentia causa providente est questio. Alias enim, cum Deus non productionis, cum rerum, tum ordinis earum solum, sed, & utrumque vel servandi; vel destruendi pro libito Dominus sit, absque ulla indecentia sua possit ea omnia semel à se producta non servare; sed statim pro instanti immediate sequente destruere; quare & obiectum, seu subiectum questionis, & providentiæ abolere.

6. Confirmatur; Nam rerum conservatio providentiæ effectus est: alii rerum conservatio in finem à Deo immediate, & per se ipsum est: ergo ab eius providentiâ immediata ac per Deum ipsum habita, & exercita: Minor in nostris principiis controversæ, de alterat. d. de eius successione, quo ad res naturæ suæ permanentes satis solide est fundata: nunc autem universum de rebus omnibus demonstratur: Nulla enim res, neque omnes simul sumptæ, possunt pro illo instanti se ipsas producere; nec mutuo aliæ ab aliis pro eodem instanti physice causari, ut tom. 1. de Deo vno controversæ. 1. d. 2. demonstrationem præcipuam à priori de existentia causæ primæ instructentes ostendebamus: atqui physica rerum conservatio est physica rerum pro instanti, quo conservantur productio: ergo nullius conservatio, pro quovis instanti est vel à se ipsa, vel ab alia mutuo & vicissim, sed immediate à Deo. Hoc argumentum errorem Aristotelis de immediate providentiâ à sola natura evidenter confutat: æquæ atque Atheos primam causam negantes citato loco confutabat: secus autem eos, qui Deum immediate ac per se, vel Angelis, vel corporibus celestibus providere dicant, & per alterutros subalternos, quorum primum instans Plato, secundum aliquando docebat. Nam hi iam primam causam conservantem, sicuti & primam producentem (quod solum eo argumento demonstratur) assignant, ceterum aliunde impugnat error iste: quia cum plurimum novæ productiones ad providentiam spectent, quicunque immediati soli aliarum rerum prouisoires sint, & plurimum conditores, & primo conditores adæquatè & adæquatè erunt: unde, nec Deus omnium conditor (ut fides docet, & non Athei adversarii admittunt, & ratio naturalis demonstrat à nobis in Physicis controversæ, de actione creata, & concursu Dei instructa) habendus, dicendusque erit.

7. Quarta denique demonstratio, & à priori fit. Est Deus: ergo omnium quæ in mundo sunt curam, & providentiam per se se, ac immediate gerit. Probatur con-

sequentia, quia per se ac immediate cunctis providere, ac eorum conservantem, & commodis providendis satisficere perfectio sine ulla vmbra imperfectionis, aut repugnantia est: ergo & Deo digna. Atqui Deus eandem in omnia se digna necessario habet: ergo habet omnibus rebus immediate, & per se ipsum providere. Maior quatenus imperfectionem, & repugnantiam omnem ab immediate providentiâ excludit claret ex solutiōne data fundamentis Aristotelis, & Platonis certum. 1. numer. 7. Quoad positivam verò perfectionem cuiusmodi providentiæ immediatæ prouisoires cunctarum rerum per se ipsum demonstratur. Quia cunctis per se ipsum attendens, quin eorum multitudine fatigetur, aut attentione, aut cura aliorum ab aliorum cura, & attentione, vel passus distrahatur, vel tanti illud de illa remittat, nulla locorum intercapedine potentiam debilitat, aut temporum vicissitudine, & distantiis frangi providentem eius virtutem, summa, solumque Deo digna perfectio eliqua quæ, vel spatio lassaretur, temporibus langueretur, providendorum multitudine distraheretur, atque à necessariis cuique providendorum deficeret, atque alterius cuiusvis immediata cura opus haberet, limitata, finita Deoque indigna virtus prouisoira foret. Hoc totum breuius præstet Lactantius recitatus certam. illo 4. numero 7. concludens eum qui hanc vim immediatæ rebus creatis omnibus prouisoiam à Deo tollit, nulli aliud citius præstare, quam Deum ipsum à rebus contere.

8. Probatur secundo demonstrationis huius consequentia prima Damasceni ratione alia verbis ex ipso recitatis eo numer. 7. sine viuidè satis, & acutè præstet, etenim, cum non minor scientia ars, & potentia ad conservandas, & disponendas in suos fines res omnes, quam ad eas primo producendas, atque in eos primo ordinandas requiratur, providentia omnium per se ipsum, & immediata in nullum cadere potest, quæ illa æquas cum scientia, arte, seu industria, & potentia Dei omnia producentis non habet, ac prouideat, ut etiam Deus non fit. Vel ergo, qui hanc immediatam & per se ipsum providentiâ habet, est idem ille ipse Deus, qui omnia condidit primo; vel est Deus alius. Si primum habetur intentum. Si secundum duplex adducitur in rebus Deus: quo mutuo se alter alterum rebus excludit: cum Deus essentia sua vnus sit, ac pluralitatem excludat; quare admisso alio à primo conditore prouisoire per se ipsum immediato rerum, tollitur prouisoira à rebus Deus; ac prouideat ab opposito consequenti huius valet evidenter consequentia Lactantii & Damasceni. Est Deus: ergo est immediatus rerum totarum prouisoire per se ipsum Paulo aliter utramque consequentiâ huius demonstrationem paucis complectens Damascenus ubi proximè. Nam vel primo conditoris omnium habet potestatem conservandi, & prouidendi semel à se conditis cunctis, & prouisoire immediatam & per se ipsum, quam assignaueris primo prouisoire omnia conservandi, vel quibus eorum alterius tantum manens obediendi habet facultatem. Si primum, vel duos Deos rationis cum vnum sufficiat, ac non necessarius Deus, & superfluous rebus Deus repugnat: quare, & repugnat obinde utrumque, & ob proximè datam rationem, vel vnum tantum Deum per se ipsum, & immediatè rerum omnium conditorem, & prouisoirem admittimus, ut contendimus. Si autem neuter habet utrumque, ut contendimus, debilitat, inquit, Damascenus, utrumque subiaceret; quare & neuter Deus foret.

9. Fuitis questionem hanc de immediatæ Dei per se ipsum erga res creatas omnes, & singulas providentiæ suæ de modo, quo Deus cunctis providet per se ipsum sum: atque naturales demonstrationes à Patribus, vel tactas, vel expressas, & sub his terminis, *immediatæ Dei, & per se ipsum providentiæ* ab illa, & *mediatæ Dei, & per se ipsum providentiæ* ab illa, & scholasticis omittas, ne modus hic immediatæ Dei, & per se ipsum providentiæ demonstratus à Patribus, & scholasticis, absolute demonstrabilis à minus doctis vel dubitaretur, vel non crederetur, ob illud Regis Persarum (quo Aristoteles Philosophorum Princeps conceptus est) & reliquorum Principum, qui mediæ, &

lum, & per ministros suos regna gubernant: quia aliter ob mentis & potentie sue limitationem nequeunt. Ceterum, si res ipsa gubernandi per alios, & curam aliorum aliis demandandi bene, ut à Patribus inspecta, & penetrata est consideretur: cum mihi aliud sit, quam curam aliorum ministris intermediis demandare, atque à se abicere: Principes, qui provinciarum curam Ministris delegant illarum in seipsis curam, aut providentiam non referunt, sed tantam erga Ministrorum, quibus delegant ut singulorum, & singularium curam habent, designationem, & curæ ac providentiæ ab eis habite ponendam rationem. Quo circa cum singulorum, & singularium omnium universi providentiam scriptura, Patres, & scholastici in Deo absolute asserunt, & demonstrant, immediatam, & per seipsum habitam docto cuicunque, & cunctis. Sumus autem, cum scribimus, præsertim de re momenti tanti, & docemus, sapientibus, & insipientibus, seu minus sapientibus, ut sapientiores fiant debitorum.

ro. Ne verò quispiam putet immediatam hac Dei erga omnia, & singula creata providentiam hæcenus demonstratam inferiorum aliquot creaturarum rationalium, nempe hominum, & Angelorum providentiam aboleri: adverte cum Caietano 1. part. quæstione 21. articulo 3. ex Sancto Thoma 3. cont. Gent. cap. 76. id minime ea conclusione asseri, aut intendi, neque ex demonstrata conclusione inferri: solum enim asserimus, & demonstramus rationem ordinis omnium, & singularium creaturarum in finem primarium peccare Deum esse ipsum, quin creatum aliquid pro libito, & arbitrio alteri in suum finem independentem ab ordine intrinseco Dei ordinatione, & providentia præscripto ordinare delectet, & mandet (ut Plato & Aristoteles somniarunt) sed iuxta ordinem à Deo singulis creatis præscriptum res gubernent, mediæque etiam à Deo cuiusque providentia destinata, Deo etiam ex eadem providentia cooperante, non quidem ex Dei indigentia, sed potius dignatione exequuntur. Eum verò à se præconceptum ordinem rationalibus creaturis, præsertim Angelis bonis, & quandoque malis, reuelat, ac servari præcipit: & in scriptura, & Patribus est frequens, & controuersia de Angelis ostendimus. Causis verò irrationalibus Physicis, ut sic loquar, præscriptæ ordinationis sue intimæ, quatenus physica aëritate & natura inclinatione ad id agendum, quod earum conditor Deus de utraqueque vult, in sui ipsarum conditione, & ordinatione accepta pergunt. Qua sanè ratione mediare, etiam quoad externam gubernationem, & executionem, & immediatè rebus providet omnibus: quatenus gubernatione extrinseca, & executione mandatarie istæ creaturæ ordinationis diuinæ intimatione sue moralis, siue physica mediare operatur, & extrinsecè gubernat res omnes Deus: & immediatè etiam, quatenus immediatè ac per seipsum ad has omnes mandatarie creaturæ functiones voluntate sua inuat, disponit, & cooperatur.

DISPUTATIO II.

De Providentia diuinæ essentia, & diuisione.

AMETSI d. i. quæstione prima, certamine primo è vocis Etymologia, & Patrum dictis nonnullis, rudi Minerva, quid Dei providentia sit præmisimus: illius tamen essentia eis Patrum effatis, quasi involucri tradita, evoluenta nunc est, atque rigore scolastico explicanda, & statuent. Deinde verò in suas speciales diuidenda, ut Christoph. de Ortiga de Deo Vno, Tomus II.

de inceptis, quæ disputatione Theologis vili & oportuna, opus habeant, singularem disputationem.



QVÆSTIO I.

Quibusnam Providentia Dei universim conflet?

Præsentis difficultatis Scopus, in quem, & præsens quæstio collinare debeat, in apertum producat, supponendum est: Diuinam providentiam immanentem Deo intrinsecam operationem, seu actum esse operationem, inquam, etiam veram, non tamen realem physicam, sed solum realem intentionalem, ut tom. 1. de Deo vno, controuersia secunda de Scientia Dei d. 2. quæstione prima ostendebamus, utroque vero titulo constat non, nisi in operatione, vel intellectu, vel voluntatis, vel utriusque Dei providentiam stare posse: quoniam nec purè spiritualis substantiæ (qualis Deus est) immanens alia operatio esse potest: nec operatio purè intentionalis, quæ vel intellectio, vel volitio non sit. Vnde Sanctus Maximus centur. 3. capite 13. romano quinto. Biblioth. Alexand. Aphrodisæus 1. quæstione natural. capite 75. (apud Iulium Syren 4. de providentia capite 27.) tanquam ex Aristotele per motum & vnius rei in aliam, seu propriam aliam, & creatam transmigrationem rerum in finem Dei providentiam definites, non tam essentialem definitionem diuinæ providentiæ tradere, quam eam per obiecta & effectus aliquatibus ostendere credendi sunt. De quo fusi Aureolus in primo d. 48. articulo primo: quare præsens controuersia de ea solam esse potest, an alterutra operatione intellectus, vel voluntatis Dei, an utraque diuina, erga res omnes, & singulas demonstrata d. i. consistat providentia.

CERTAMEN I.

Exactior difficultatis dirimendæ explicatio, & Doctorum sententiæ.

Præmittendum est, Providentiam omnem, ac proinde Dei, scientiam, & voluntatis actum, ut essentialem (ut minimum) conditionem seu adiectum requirere: ita ut alterutra sublata nequeat providentia subsistere. De scientia constat: quia ea sublata de mediis, & fine, atque illorum in hunc ordine, nequit esse in Deo actus voluntatis ordinandi media in finem: cum voluntas in incognitum ferri nullatenus possit: ergo, etiam in actu voluntatis ordinandi res creatas in finem, ac providendi eis de mediis adæquatè consistat, scientiam de eis essentia sua supponit. Actum verò voluntatis per eiusmodi scientiam directum, ut adiunctum essentiali providentiæ requiri, sine quo providentiam Dei esse repugnet: tametsi in ea scientia solam directum significatum essentiali stare contendas, certissimum est. Siquidem scientia illa voluntati ordinandi res in finem & mediis ad illam consequendum præluens est scientia vel simplicis intelligentiæ de possibilitate, seu media de conditionata futuritione, cum finis, tum mediis, nullatenus activa est & practica, nisi medio actu voluntatis: sed solum speculativa, & de se indifferens ad ordinandas res in finem, & providendum, seu disponendum eis media, per quæ illam consequantur consequi possint: quare eiusmodi scientia communis, & rebus à Deo proutis, 11